



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE


HENRICI KEILII.

VOLVMINIS II FASCICVLI

PRISCIANI INSTITVTIONVM VOL. I. PAG. 1—288

MARTINI HERTZII CONTINENS

EX RECENSIONE



GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

LIPSIÆ IN AEDIBVS B. G. TEVNERI.

Diu multorum desiderio efflagitatum est ut grammatici Latini egregio studio atque industria olim ab Helia Putschio editi nova editione repeterentur. Itaque cum Fridericus Lindemannus eam curam in se suscepisset, mox vero vix susceptum opus omisisset, iam maioribus copiis instructi novam grammaticorum Latinorum editionem, quae magis esset ad horum studiorum rationem adcommodata, de integro parare constituimus. Qua in re hoc nobis sequendum proposuimus, ut verba scriptorum non solum e libris manu scriptis accurate conlatis quam maxime emendata exhiberentur sed etiam discrepantia scripturae una cum emendationibus virorum doctorum adnotata commentario critico instruerentur, interpretatione autem rerum nos abstereremus. Praeterea singulis voluminibus prolegomena accedent, quibus et ratio, quam in textu verborum recensendo secuti sumus, explicetur et de ipsis scriptoribus deque conditione librorum exponatur. Indicem rerum et scriptorum suum cuique grammatico aut volumini parabimus, communem omnium grammaticorum indicem, quo magis commodo doctorum hominum consulatur, in fine universi operis addituri. Sed ut modicis finibus labor cohiberetur, nunc quidem ad eos tantum auctores, qui vel artes grammaticas composuerunt vel singularibus libellis partem artis

tractaverunt, qui olim a Putschio editi, postea cum ab aliis tum a Vin-
dobonensibus analectorum grammaticorum editoribus aucti sunt, ope-
ram nostram pertinere volumus: ex his quoque paucos, qui nullam
omnino utilitatem habere videntur, omitemus. Nova autem cura
et consilio, si res ita tulerit, his grammaticis scriptoribus postea et
Festi Nonii Isidori libri, qui minus quam reliqui a communi usu
inpediti sunt, et glossariorum Latinorum collectio diu desiderata
addentur. Eos igitur scriptores, quorum nunc editio paratur, ita
disponere visum est, ut his voluminibus distributi se excipiant:


I. Charisius. Diomedes. Excerpta ex libris Charisii et Dio-
medis partim ab aliis edita partim nunc primum e libris
manu scriptis expressa.

II. III. Prisciani institutiones ex recensione Martini Hertzii. Eius-
dem scripta minora.

IV. Probus. Donatus. Commentarii in Donatum qui ferun-
tur Servii Sergii Cledonii Pompeii.

V. Claudius Sacerdos. Palaemon. Asper. Consentius. Pho-
cas. Euty chius. Macrobius. Incertorum auctorum frag-
menta et excerpta grammatica. Arusianus Messus. In-
certorum auctorum libri de differentiis verborum.

VI. Scriptores orthographiae et artis metricae, Velius Longus,
Caper, Agroetius, Terentius Scaurus, Cassiodorus, Beda,
Terentianus Maurus, Marius Victorinus, Plotius, Caesius
Bassus, Atilius Fortunatianus, Rufinus, Servius, Mallius
Theodorus; incertorum auctorum fragmenta.



GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. II

PRISCIANI

INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM LIBRI I — XII

EX RECENSIONE

MARTINI HERTZII



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLV

PRISCIANI

GRAMMATICI CAESARIENSIS

INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM

LIBRI XVIII

EX RECENSIONE

MARTINI HERTZII

VOL. I


LIBROS I—XII CONTINENS



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
A. MDCCCLV

AVGVSTO BOECKHIO

SACRVM



PRAEFATIO

Prisciani Caesariensis Mauri¹ aetas eo definitur, quod de laude Anastasii imperatoris anno fere p. C. n. 512² carmen composuit. et potuit certe ad eandem aetatem spectare Cassiodorus, qui, cum 'ad amantissimos orthographos discutiendos anno aetatis nonagesimo tertio'³, anno igitur fere 560⁴, pervenisset, iis de orthographia praeceptis, quae ex Prisciano excerpit, haec praefixit: 'ex Prisciano grammatico, qui nostro tempore Constantinopoli Romae doctor fuit, de libro ipsius ista collecta sunt'⁵. neque per se his obstat, quod Iustiniani temporibus 'apud Constantinopolim' eum 'grammaticae artis profunda rimatum esse' narrat Paulus Diaconus⁶. vereor tamen, ne haec sententia non nisi illo Cassiodori loco nitatur, cum uno Dionysio Exiguo interposito ipsi Cassiodoro Priscianum ibi Paulus adiungat. ceterum partim ipsum partim auctores ex ipso oriundos, ut alii ex aliis deinceps pendeant, secuti sunt adiecta passim accuratiore temporis nota, quam nullius momenti esse patet, fontes rerum Germanicarum: Ekkehardus in chronico et Virceburgensi et universali⁷ atque Sigebertus⁸, historia regum Franc. mo-

1 v. Niebuhrium in praef. corp. script. hist. Byzant. tom. I p. XXXIV 2 cf. Endlicheri ad huius carm. v. 289 sqq. annotationem p. 75 ed. suae 3 Cassiod. de orthograph. p. 227/s P. 4 cf. Mansonis Geschichte des Ost-Gothischen Reiches in Italien p. 332 sqq. 5 Cassiod. l. l. p. 2318 P. 6 de gestis Longobard. I 25. ita rem sese habere constaret, si affirmari posset, quod nonnulli contendunt, Iulianum consulem ac patricium, quo suasore institutionum grammaticarum libros Priscianus edidit cuique eos dedicavit, epitomes novellarum Iustinianearum Latinae circa annum 556 concinnatae (cf. Bienerum Geschichte der Novellen Justinians Berol. 1824 p. 74 sq.) esse auctorem. at is si summas dignitates amplius triginta annis ante (v. infra) obtinisset, haud ita nude 'vir eloquentissimus, antecessor civitatis Constantinopolitanae' in libris mss. nominaretur. qua vix certior videtur altera vv. dd. coniectura, eum Symmachum, cui opuscula de figuris numerorum et de nummis vel ponderibus, de Terentii metris et de praexercitaminibus rhetoricis in corpus aliquod redacta inscripsit Priscianus, fuisse consulem a. 485 7 monum. Germ. hist., ed. Pertzii scriptor. tom. VI p. 24, 32 (Iustiniani anno 20); 140, '7; 143, 24 8 ibid. 315, 53 (a. 528)

nast. S. Dionysii⁹, auctarium et Mellicense¹⁰ et Garstense¹¹, annales et Leodienses¹² et Admuntenses¹³ et S. Rudberti Salisburgenses¹⁴.

Omnibus vero his testibus haud maior auctoritas tribuenda est quam vel subscriptioni interpolatae codicis cuiusdam Leidensis¹⁵, quae Priscianum narrat obisse die kl̄ Oct̄b̄ indictione V Olybrio consule, vel Aldhelmi in epistula ad Acircium hariolationi¹⁶, quae Osanni de Prisciani aetate disputationem¹⁷ irritam reddidit. quamvis enim subscriptionis ipsius partem aliquam addat Aldhelmus¹⁸, tamen numquam, opinor, confectus est codex ille XVIII grammaticae Prisciani voluminum, quae 'propriis palmarum digitulis calce tenus digesta' descripsisse fertur Theodosius, imperator ille calligraphus, anno scilicet 450 mortuus. Theodori nimirum nomen Aldhelmo fraudi fuisse olim exposui¹⁹ idque et Bernhardii²⁰ et Iahnii²¹ assensu comprobatum est.

Fl. enim Theodorum Dionysii²² v. d. memorialem sacri scrinii epistularum et adiutorem v. m. quaestoris s. palatii manu sua in urbe Roma Constantinopoli Prisciani doctoris sui artem grammaticam per annos 526 et 527 descripsisse, docent subscriptiones codicibus Prisciani vetustioribus plerisque ad calcem librorum V. VIII. XII. XIII. XVI. XVII, uni alterive in ipso quoque initio additae²³,

9 *ibid.* IX 396, 16 10 *ibid.* 536, 32 (a. 536) 11 *ibid.* 563, 3 (a. 535) 12 *ibid.* IV 10 (a. 533) 13 *ibid.* IX 571, 14 (a. 535) 14 *ibid.* 767, 5 (a. 535) 15 *cod. Lat. Voss. F 36 v. Lindemanni ad Prisciani opp. min. praef. p. XV O. Iahnium Berichte der sächs. Gesellschaft der Wissensch. ph. hist. Cl. a. 1851 p. 359 cf. infra ann. 23 16 auct. class. ed. Maius V 598 Aldhelmi opp. p. 328 sq. ed. Giles. 17 Beiträge zur Griech. u. Röm. Litteraturgesch. II 147 sqq. 18 'ego' inquit 'Theodosius totius orbis imperator inter curas palatii hoc volumen propria manu descripsi' etc. 19 Monatsberichte der preuss. Akademie der Wissensch. 1847, 417 ein philolog. klin. Streifzug Berol. 1849 p. 22 sq.*

20 Grundriss d. röm. Litteratur ann. 502 p. 671 ed. alt. 21 *l. l.* p. 358 sq.

22 Dionysium ? v. Iahnium *l. l.* p. 357 23 in vetustissimis, quae nunc supersunt, exemplaribus hanc inscriptionem non inveni. ex *cod. Hamburgensi*, quem ad saec. XI vel XIII refert Petersenius *Gesch. der Hamburger Stadtbibliothek 1838 p. 206*, eam affert Fabricius *bibl. Lat. III 398 ed. Ern.*; equidem eam vidi in *cod. Turicensi C 37/280 saec.*, ut videtur, XI (cf. ann. 68. 110) et in *cod. bibl. publ. Leid. Lat. 92*, cuius saltem initium ad saec. pertinet XII. in illo sic legitur: 'incipit ars prisciani u. d. eloquentissimi gramatici caesariensis feliciter scripsi ego theodorus dionisii u. d. memorialis sacri scrinii ep̄farū et adiutor u. m. questoris in urbe roma constantinopoli die kl̄. octobris indī. V olibrio u. c̄', in hoc: 'incipit ars prisciani eloquentissimi gramatici caesariensis scripsi ego theodorus dionisii u. d. memorialis sacri scrinii ep̄farū et adiutor u. m. questoris in urbe romana constantinopoli die kl̄. oct̄b̄. indī. V. olibrio const. a b c d e f g h γ ceta'. uterque igitur parum differt ab *Hamburgensi*, nisi quod hic addit distichon, quod saepius alibi reperitur:

Me legat antiquas qui vult proferre loquelas;

Qui me non sequitur, vult sine lege loqui.

patet, ex ipso hoc titulo confictam esse subscriptionem *cod. Vossiani*, quam supra commemoravi

quas post alios²⁴ ediderunt et enarraverunt Osannus²⁵ et Lerschius²⁶, plenissime atque accuratissime Iahnus²⁷.

Studiorum in Priscianum collatorum et auctoritatis, qua statim usus est, testem praeter Theodorum et Cassiodorum tertium prode licet Eutychem sive Eutychem, qui summis eum extollens laudibus discipulum eius se esse profitetur art. de verb. I 1, 8²⁸.

Exemplar autem ex Theodori archetypo descriptum Aldhelmi († 709) aetate in Britanniam devenisse, non est quod miremur: vigeant enim ibi tum studia alibi fere intermortua, ut bibliothecae haud paucae libris Roma potissimum arcessitis compositae per saeculum septimum existerent²⁹. vix igitur addendum est, nec Bedam († 735) caruisse notitia Prisciani, quem in libro de orthographia bis nominatim antestatur³⁰, nec Alcuinum³¹, sub tempus mortis Bedae et ipsum in Britannia natum, et edoctum et postea docentem Eboraci, cuius bibliotheca secundum ipsius testimonium³² continebat praeter alia:

Quid Maro Virgilius, Statius, Lucanus et auctor
 Artis grammaticae vel quid scripsere magistri:
 Quid Probus atque Phocas, Donatus Priscianusve,
 Servius, Eutychem, Pompeius, Comminianus.

nec iuvat singula lectionis Priscianae per hanc et per proximam aetatem vestigia passim sparsa anxie colligere - verbo igitur sufficiat indicasse a Dungalò, de quo infra iterum dicendum erit³³, et ab Agobardo³⁴ singulos eius locos commemorari -; id enim potius spectamus, ut indagemus, quomodo haec studia continuo quodam vinculo inter se coniuncta in ipsos libros nostros manuscriptos radices egerint. magis propterea oculos nostros in se vertit Hrabanus

24 v. Iahnium l. l. p. 355 25 l. l. p. 147 sqq. 26 Museum des Rheinisch-Westphäl. Schulmänner-Vereins III 1845, 265 sqq. in commentatione: Römische Diorthosen vom ersten Jahrhundert vor Chr. bis zum sechsten nach Chr. p. 229 — 274 27 l. l. p. 355 sqq. in comm.: über die Subscriptionen in den Hss. röm. Classiker p. 327 — 372. similem ab eodem Theodoro operam navatam esse Boethio ibidem adnotatum est p. 354 sq. 28 p. 2154 P. cf. Osannum l. l. p. 162 sqq. 29 v. modo Heerenium Gesch. d. class. Litt. im Mittelalter I 100 sq. Frid. Monium de libris palimpsestis tam Latinis quam Graecis Carlsruhae 1855 p. 22 sq. coll. p. 9 30 p. 2347. 2350 P., unde sua hausit Alcuinus de orthographia II 311 et 312 opp. ed. Froben. 31 v. Alcuini grammat. p. 2088. 2106. 2111 P. (II 272. 281. 284 opp. ed. Froben.) cf. ann. praeced. 32 de pontiff. et sanctis eccl. Eborac. v. 1553 sqq. (II 257 opp. ed. Froben.) 33 Dungalus floruit circa annum 823 v. Muratorium antiqq. Ital. III 815 sqq. 824 sq. Baehrium Gesch. der röm. Literatur im karoling. Zeitalter p. 372 sq. quemque laudat Tiraboschium, quorum rationes frustra evertere conatur Peyronus de bibl. Bobiensi p. X. Priscianum laudat in libro responsionum contra Claudium Taurinensem episcopum (bibl. max. patr. Lugd. XIV 206 cf. Prisc. lib. VIII § 37) ipsumque Prisciani codices possedisse memoriae proditum est v. Muratorium l. l. p. 821 sq. et infra p. XVII 34 Agobardus († 840) contra obiectiones Fredegisi in bibl. max. patr. XIV 276 cf. Prisciani ad Iulianum ep. § 3

Maurus, qui Alcuini olim disciplina Turonensi usus³⁵ tanti Priscianum fecit, ut ex eo potissimum suos de arte grammatica libros duos exciperet, quibus in editione operum Hrabani Coloniensi vel titulus praefigitur: 'excerptio Hrabani Mauri de arte grammatica Prisciani'³⁶. haud igitur mirum, quod diligentem huic scriptori operam impendit Servatus Lupus, abbas Ferrariensis (natus circa annum 805, † non multo post annum 862)³⁷, qui ut a Hrabano erudiretur, Fuldae olim commoratus erat. quem doctrina Priscianeae penitus imbutum fuisse demonstrant eius epistolae ad Adalgardum et ad Altuinum monachum datae³⁸, quibus ad quaestiones grammaticas et prosodiacas ab amicis ipsi propositas Prisciani auctoritate ubivis fere adscita atque ipsis eius verbis allatis respondet. facile igitur fieri potuit, ut ipse, rei grammaticae et studiosus et satis peritus et in aliorum quoque grammaticorum operibus versatus³⁹, contextui eius operam navaret.

Hunc igitur Lupum arbitror designari ab accurato 1) codicis bibliothecae imp. Parisinae 7496 (R), qui et ipse ad saeculum nonum pertinet, emendatore aequali (r) ad lib. VI § 77. qui cum persaepe deleat glossemata iam tum inter ipsa Prisciani verba illata, alibi etiam inter lineas, 'magistri glosa'⁴⁰, 'vetere glosa'⁴¹ usus, interpretamenta addit, veluti l. commemorato verbis 'quomodo figuras et colores' superscribit: 'ideas ⁊ formas q̄ imprudentia mente diuina c̄stiter̄ quar̄ instar corpora firmarentur'. eadem tamen deinceps lineolis subductis notat, addens: 'sed lupus de suo istā glosam deleuit'. satis igitur est credibile, ad ipsum Lupum pertinuisse illum, quem saepius hic emendator excitat, librum 'vetustum'⁴². ipse vero ille codex, membranaceus, formae quadratae, foliorum 249, post Prisciani artis grammaticae libros XVIII continet eiusdem de figuris numerorum, de metris fabularum Terentii, de praeexercitaminibus rhetoricis libellos, tum Rufini Antiochensis opuscula metrica, carmen denique de ponderibus et mensuris ἀνέφα-

• 35 v. Kunstmannum Hrabanus Magnentius Maurus p. 36 sqq. 36 Hrabani Mauri opp. ed. G. Colvenerius Colon. Agripp. tom. I a. 1627 fol. p. 28. Priscianeis, ex quibus fere solis liber prior compositus est, passim ibi immixta inveniuntur alia. libri alterius caput primum 'de vi ac varia potestate metrorum' ad verbum ex Diomedis libro III desumptum est inserto fragmento Suetoniano ex Isid. origg. VIII 7, 1. 2 petito. sequuntur deinde glossae verborum in Donatum maiorem etc. 37 v. hist. litt. de la France V 255 sqq. 38 ep. VIII et ep. XXXIV in B. Servati Lupi opp. ed Baluzius p. 26 sqq. 69 sqq. ed. alt. Antwerpiae 1710. laudat Lupus Priscianum vel in opere quodam theologico, collectaneo de tribus quaestionibus, l. I. p. 235 39 veluti Caprum affert ep. XX p. 41, Donatum ep. V p. 22, Donati in Terentium commentum Roma a Benedicto papa expetit ep. CIII p. 155 etc. 40 v. lib. XIII § 2 41 sic ad 'cuspis' lib. VI § 66 add. 'uetus glosa summitas lanceae' 42 cf. lib. XIII § 25 XIII 21. 37. 'alter' commemoratur lib. I § 50, plerumque var. lect. r indicat nota 'At' vel 'At M', interdum etiam nota ^ v. lib. X § 28. 38 XI 2

lov⁴³. in margine superiore fol. 211 v literis fere detersis, ut non audeam affirmare, ipsum emendatorem supra commemoratum ea addidisse, quamvis mihi quidem ita visum sit, leguntur haec: 'Teotbt' monachus scripsit et supscripsit non fecit bene'. utrumque exemplar et scriptoris et emendatoris ex Theodoriana recensione profectum esse, docent subscriptiones. pleraque menda, quae corrector, homo diligens ac sollers, emendavit, primae manus negligentiae tribuenda sunt, quamquam non dubito, quin aliquotiens ex codice suo vetusto vitia ex ipso prioris scriptoris archetypo translata emendarit; ab arbitraria tamen correctione se fere abstinuit. variarum lectionum ab eo additarum in scriptore iam tum per scholas multifariam lectitatio, correcto, glossis instructo non semper eadem auctoritas: in universum tamen libro *R* recensione Theodoriana limpidiorem fontem inveni nullum, vetustiore uno tantum per exiguam operis partem uti mihi licuit.

Nam spes, quam Pertzio, viro illustrissimo, indice olim conceperam⁴⁴, fore ut inter grammaticorum Latinorum opera literis Merovingicis saeculo septimo scripta, quae bibliotheca monasterii S. Pauli in Carinthia custodit⁴⁵, inveniretur Priscianus, ea ad irritum redacta est, cum viro excellentissimo Prokeschio ab Osten, qui tum temporis legati Austriaci apud Borussorum regem vices obtinebat, sese interponente, codex eius bibliothecae, ut certe affirmabant monachi, Prisciani unus solus ad me delatus est saeculo duodecimo conscriptus, qui post opus aliquod liturgicum continebat libri septimi decimi artis Prisciani partem priorem satis vitiose scriptam⁴⁶.

Libri porro octavi fragmenta palimpsesta, quae inveniuntur sub foliis aliquot codicis 141 bibliothecae schol. med. Montepessulanae saec. VIII rescriptis⁴⁷, ipso codice, ut videtur, haud multo vetustiora, diligentius examinare mihi non licuit, per ferias bibliothecae autumnales a medico satis moroso, qui his thesauris praepositus est, non sine aliqua difficultate ad id admisso, ut festinanter codices nonnullos inspicerem.

Vsus vero sum frustulis Parisinis saeculo octavo scriptis, quae continet notabilis ille et spectatus 2) bibl. imp. Parisinae codex 7530, olim Tellerianus (*P*), edito inde carmine de figuris et sche-

43 cf. catalogus codd. mss. bibl. reg. part. III tom. IV p. 366. vv. II. locorum aliquot Graecorum a Prisciano citatorum ex hoc cod. edidit Theodorus Presselius *Revue de philologie* I 1845, 145 — 158 44 *Monatsberichte* I. ann. 19 I. p. 419 45 v. Pertzium *Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde* III 78 cf. *analecta grammat.* ed. ab Eichenfeld et Endlicher p. XXIII sq. 510 sqq. 46 [ipsas has plagulas corrigenti afferebatur epistula Fridegari Monii me certiore facientis, se in illo monasterio vidisse codicem, saec. VIII Irice scriptum, quem inter 'tractatus diversos antiquorum grammaticorum' Prisciana quoque continere arbitraretur. at postquam librum a Monio indicatum liberalissime petenti mihi transmisit Ferdinandus Steinringerus, monasterii eius abbas reverendissimus, statim vidi, hanc spem iterum esse abiiciendam. de ipso codice alias agendi locus erit] 47 cf. *Libcius Journal des savans* 1842 m. Jan. p. 42 *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques des départemens* I 337 sq. *Keilii Monatsberichte der preuss. Akademie* 1852, 159 sq.

matibus atque anecdoto de notis inprimis clarus ⁴⁸. legitur ibi a pag. 84 extr. — pag. 99 med. liber tertius ac deinde particula libri II (§ 22—26 init.), fol. 112r — fol. 117r ⁴⁹ inter excerpta ex Charisio et ex Diomede deprompta pars libri XVIII (§ 55—126). haec ἀποσπασμάτια sequuntur textum a codice *R* et reliquis eiusdem familiae libris haud longe recedentem atque, quamquam singularia quaedam continet, ex eodem certe communi omnium, quotquot inspexi, librorum fonte, exemplari a Flavio Theodoro confecto, derivandum, ita tamen, ut codex eorum archetypus glossis et additamentis minus inquinatus fuisse videatur. nam saepe quidem is, qui fragmenta ista compegit, cum ipsius Prisciani verba tum locos scriptorum ab eo allatos vel omisit vel in brevius contraxit, ut saepe anceps haereat iudicium, utrum singula ob ipsum hoc brevitatis studium eiecerit sedulus ille magister an in codice suo non invenerit: aliquotiens tamen mihi visus sum hoc alterum satis tuto posse affirmare, veluti p. 57, 9; 83, 22; 85, 1; 86, 24; 90, 4. vel additamentum genuinum servavit hic liber p. 57, 23; certam econtra interpolationis speciem et ipse praebet p. 87, 12 sq. et p. 94, 1, quo loco eadem eaque emendatiora addita sunt in 3) codice Bambergensi.

Huius codicis (*B*) lectionum specimen ab Antonio Linsmayero diligenter confectum ante aliquot annos mecum communicavit Carolus Halmius; totum vero librum ut ipse conferre potuerim, id Rau-meri, viri excellentissimi, ministri regii, comitati debeo, qua et hunc et Monacensem aestate proxima ad me transmittendos curavit. codex vero hic Bambergensis inter libros a me collatos proximum post *R* locum obtinet, ut aliquotiens vel solus genuinam scripturam servarit. est bibliothecae publ., olim bibl. eccl. cathedralis, Bamberg., signatus M. IV 12, membranaceus, formae maximae, foliorum 187, saeculo nono conscriptus ⁵⁰. fol. 1—182r continent Prisciani instit. gramm. lib. I—XVI, ut tamen uno quaternione deficiente incipiat demum a verbis ‘ov corripientes’ lib. I § 36; de aliis quibusdam lacunis cf. adnotationes ad lib. II § 38 III 2 VI 27 extr. VII 43. fol. 23v m. saec. ut videtur XI ad marginem ascriptum est: ‘IVBOLDVS. Vogo. Hicco. Rudgerus. & luizo. Adelg.’ extrema folia praebent tractatum quendam de schematibus, de tropis, de metaplasmo imperfectum: singula ibi secundum Donatum exposita inveni, additis exemplis ex sacra scriptura petitis.

Priscianus vero ‘Romanae lumen facundiae’, ‘communis hominum praeceptor’ ⁵¹, ‘Latinae eloquentiae decus’ ⁵², totiens per omne me-

48 de vario eius argumento cf. H. Kellium in anecd. Paris. rhet. ed. Fr. A. Ecksteinus p. III sqq. 49 per alteram codicis partem paginae, per alteram folia numeris signata sunt 50 cf. laeckii vollst. Beschreibung der öffentl. Bibliothek zu Bamberg I p. LII et p. 130 n. 1033 51 Eutychnus I. ann. 28 l. 52 Alcuinus grammat. p. 2106 P.

dium aevum descriptus est, ut nulla fere 'bibliotheca' eo aut olim caruerit aut nunc careat. pro certo equidem affirmarim, in universis Europae librariis institutionum grammaticarum ad mille codices servari. quorum quidem libros XVIII omnes pauci complectuntur, libros postremos duos XVII et XVIII 'de constructione' sive 'Priscianum minorem' itidem satis pauci, libros sedecim primores 'de octo partibus orationis' sive 'Priscianum maiorem' plerique. ipsa vero hac codicum mss. copia effectum est, ut cuius fere scriptori complures codices ad manum essent atque ut singuli et ab ipsis antiquariis et a doctoribus umbratilibus magistellisque scholasticis variis lectionibus, interpretamentis, additamentis instruerentur. singulorum inde codicum originem et nexum persequi non licet.

Ex omnium tamen ceterorum librorum farragine emergunt nonnulli, qui ad recensioem quandam singularem et ipsam ex communi Theodoriani exemplaris fonte profectam a monachis 'Scotis'⁵³ sive Hibernicis descripti sunt.

Trium vero huius recensiois veterum, quae mihi innotuerunt, exemplarium⁵⁴, saeculo nono meo quidem iudicio conscriptorum omnium, 4) unum (*L*) nunc Lugduni Batavorum adservatur in bibliotheca universitatis publica, cod. Lat. 67 fol.⁵⁵, membranaceus foliorum 219, ex Germania eo translatus. nam d. 3 m. Aprilis a. 1583 nomen suum ei inscripsit 'Lazarus Schönerus, scholae Corbachiensis in comitatu Walticeensi rector.' tum Iani Gruteri fuit, cuius manu haec addita sunt: 'Iani Gruteri est. Helias Putschius habuit hunc librum commodato sed negligentius eo usus est ob scripturae difficultatem. infinita enim emendatius hinc edi potuissent.' incipit codex a Prisciani interpretatione periegesis Dionysii anepigrapha, omissis primis quinque versibus, cui fol. 7v subscriptum est: 'finit periegesis Prisciani.

Dubthac^a hos uersus transcripsit tempore paruo

Indulge lector q̄ male scripta uidés.

tertio idús apriles	tribus degitis
tertio anno decenno cikli	tribus instrumentis
tertio die añ pascha	penna membrano
tertia decima luna incipiente	atramento "trice
tertia hora post meridiem	trinitate auxilia'.

quae si ad ipsum nostrum codicem et ad saeculum nonum spectant, anno p. C. n. 838 hunc librum assignare videntur secundum calculum a Ferdinando Piperio, viro eruditissimo, meo rogatu institutum. fol. 8 glossas aliquot rhetoricas Graeco-Latinas et disputa-

53 de nomine Scotorum cf. quae congegit Zappertus l. ann. 75 l. p. 100 sqq.

54 [quibus quartum accessurum esse cod. S. Pauli nuper credebam. at v. ann. 46] 55 catalogus librorum tam impressorum quam mss. bibl. publ. univ. Lugd. Bat. 1716 fol. p. 328

tionem de Prisciana vocis definitione continet, ab alia manu additas. fol. 9r incipiunt Prisciani artis grammaticae libri XVIII, variis manibus conscripti. nulla tamen lacuna inter scribendum relicta omissa est libri duodevigesimi pars satis ampla eaque Graecis maxime referta a vocc. ὑμᾶς ἐνεργεῖν § 164 usque ad 'aliquid facere' § 296. minores defectus notati sunt lib. III § 38 V 56 XVI 15 XVII 159. exemplaris Theodoriani duo hic liber continet vestigia satis detera in vocc. 'praeceptoris mei' et 'doctoris mei', quorum illa libri VIII, haec libri XIII subscriptio servavit. in fine m. recentiore saeculi XII adnexus est Prisciani de declinatione nominum libellus adiectis scholiis, ex quibus haec delibare placet: 'Prisciani proprium nomen est auctoris huius libri. Grammatici nomen est officii. Cesariensis dicitur a caesarea cappadociae regionis. Tres sunt Caesareae ex nomine Caesaris dictae. videlicet una est palestinae regionis. Alia philippi quam aedificavit ipse philippus suoque nomine et imperatoris imposuit ei nom. ut caesarea philippi; Tercia capadociae de qua iste dicitur cesariensis unde oriundus fuit et ibi multo tempore docuit. Postea ut quidam asserunt romae fuit. Vel secundum iohannem scottum cerariensis (i. Caesariensis) ideo dicitur propter dignitatem id est regalis.' talia atque his similia in aliis etiam libris passim leguntur.

5) Alterum horum exemplarium est codex bibliothecae Carolinensis 223 (K) membr., foliorum formae maximae 103⁵⁶, institutionum gramm. lib. I—XVI complectens. Theodoriani exempli memoria ad calcem lib. XII et XIII suscitatur. ex monasterio Reichenaensi codicem ortum esse, demonstrat titulus 'lib. Augie maioris'. cuius bibliothecae extat catalogus anno Ludovici imperatoris octavo, p. C. n. 822, confectus⁵⁷. duorum tamen qui ibi laudantur⁵⁸ 'de libris Prisciani' codicum institutiones continentium alter 'de litera de syllaba et de octo partibus orationis lib. XVI et de constructione lib. V (i. II) in cod. I', alter eosdem libros adiecto Pompeii in Donatum tractatu exhibebat. ad horum alterutrum pertinet fortasse Klockii ad Livium VII 3, 7 adnotatio, qui narrat apud Priscianum lib. V § 9 in 'Augiae vetustissimo ms.' 'nurano' legi pro 'Ruscino'. noster enim liber, qui, cum in fine mutilus non sit, ab illis certe diversus est, eo l. praebet 'nuscino'. crederem potius eum esse 'Prisciani de arte gramm. lib. I, quem Vragrat presbyter dedit'⁵⁹, Erleboldo abbate (a. 823—838) scriptum, nisi ibi potius unus ex duodeviginti artis gramm. libris quam unus codex sedecim librorum

56 cf. Zeussii grammaticam Celticam I p. XXXII sq.; scripturae specimen accurate depictum extat apud Silvestrium paléographie universelle tom. IV Paris. 1841 fol. tab. 10 57 ap. Neugartium episcopus Constantiensis Alemanicus p. I t. I typis S. Blasii 1803 4. p. 536 sqq. 58 l. l. p. 542 sq. 59 l. l. p. 545

designari videretur. at circa idem fere tempus ex uno fortasse alterove illorum codicum liber noster descriptus est. adfuerunt autem sive ipsius sive archetypi eius librario duo exemplaria, quorum alterum Romanum fuisse docent adnotationes ad lib. I § 2. 7 II 35. quod per se mirum non est, cum Scotos Romam saepe peregrinatos esse librosque inde asportasse constet. at nunc Romae tam reverendae vetustatis librum frustra quaesivi. omnium enim qui ibi servantur Prisciani codicum saeculo decimo, cui assignandus est Vaticanus 1480, vetustiore inveni nullum. at non patebat illo tempore bibliotheca Barberiniana, ubi 'vetustissimus' Prisciani codex dicebatur adservari⁶⁰. sed ne hunc⁶¹ quidem saeculum decimum excedere, postquam doctis bibliotheca illa reclusa est edoctus sum a Bethmanno, Brunnio, Ribbeckio, qui mea gratia eum inspererunt.

Codices aliquot Sangallenses, qui anno 925, ut ab Hungarorum incursionibus servarentur, Reichenaviam delati erant, redditos non esse, narrat Ekkehardus⁶². ad hos libros Caroliruhensem nostrum pertinere, demonstrari nequit. at 6) in bibliotheca conventus Sangallensis tertium exemplar eiusdem recensione extat, signatum numero 904 (G), membr., paginarum formae maximae 249. amplectitur Priscianum maiorem et minoris initium usque ad voc. 'naturaliter' § 67 p. 1068 P.⁶³ Theodori memoriam servat in subscriptionibus libri VIII et, ipso Theodori nomine addito, libri XII⁶⁴. variorum qui eum conscripserunt librorum unius nomen ascribitur in margine superiore pag. 157 a scriba illum excipiente: 'huc usque caluus patricius depinxit'. alterius librarii nomen coll. codicis pag. 194. 207 Zeussio fuisse videtur Dongus sive Donngus. ad hunc codicem et ipsum conscribendum duo exemplaria usurpata esse docet nota, quae pag. 89 legitur: 'I .i. in alia editione', quae ad additamentum libro V assutum videtur pertinere⁶⁵, eademque nota I^a etiam alibi in variis lectionibus adferendis adhibetur, veluti I 233. 513 II 21. 25 Kr. ipsum autem codicem nostrum non sine veri specie eum

⁶⁰ Blumii bibliotheca librorum mss. Italica p. 153: '1666. 1667. Prisciani grammatica. fol. cod. vetustissimus'. sunt autem libri duo, quorum hic ad saeculum XII pertinet ⁶¹ codicem 1666, nunc num. 97 signatum ⁶² Ekkehardi casus S. Galli ap. Pertzium monum. Germ. hist. II 105 ⁶³ de hoc libro accurate egit Zeussius l. I. I p. XIII sqq. cf. etiam F. Kellerum Mittheilungen der antiquar. Gesellschaft zu Zürich VII 81 sq. addito scripturae specimine tab. XI n. 2 ⁶⁴ libri XIII subscriptio deest. ⁶⁵ in fine libri V pagina dimidia abscissa est, p. 88 col. b et p. 89 col. a continens. in ima paginae 88 col. a et p. 89 col. b legitur encomium Guntarii episcopi. in ima pag. 89 addita est illa nota, quae, cum p. 90 ab ipsa lib. VI praefatione incipiat, ut ipsi Prisciani textui nihil desit, mihi videtur indicare, in parte folii amissa illud additamentum ex alio quodam libro adiectum fuisse

esse censet Kellerus ⁶⁶, quem inter libros ab abbate Grimoldo cum adiutorio Hartmoti praepositi sui per annos triginta et unum Ludovici Germanici et Caroli Crassi temporibus patratos laudat cod. S. Gall. 267 p. 27: 'grammatica Prisciani vol I' ⁶⁷. ipso enim hoc Grimoldo abbate Marcus, episcopus Scotus, eiusque nepos Moengalus Roma redeuntes monasterium Sangallense adisse ibique consedisse narrantur. pertinuerit igitur liber noster ad libros Marci, quos monasterio ab ipso donatos esse refert Ekkehardus ⁶⁸.

Hi tres codices *GLK* ita inter se conspirant, ut pateat, eos ex eodem fonte ductos esse, ita inter se dissentiunt, ut alius ex alio descriptus esse nequeat. *G* tamen et *L* artiore propinquitate coniuncti sunt, *K* ad alterius familiae codd. propius saepe accedit. insunt tamen recensio huic Scoticae hic illic genuinae doctrinae vestigia (v. modo lib. I § 7), saepe tamen communem exemplaris Theodoriani fontem, ex quo hos etiam libros manasse docent subscriptiones supra laudatae, relinquit. a Scotis vero scriptos esse hos libros demonstrant nomina scriptorum in *GL* commemorata, genus scripturae, glossae denique et interpretamenta Irica, quae iis ascripta sunt, ita tamen, ut Sangallensis copia eorum reliquos longe superaret ⁶⁹. tales libros etiam in ditissima monasterii Bobiensis a Columbano Hiberno conditi bibliotheca servatos fuisse constat ⁷⁰, quos 'pro va-

66 l. i. p. 82 67 cf. Ratperti casus S. Galli ap. Pertzium monum. Germ. hist. II 70 68 Ekkehardi casus S. Galli ap. Pertzium l. i. p. 78. certe cod. noster non is est, in fine mutilatus, qui in catalogo bibl. Sangallensis saec. VIII (cod. 728 p. 20) sic describitur:

'Libri prisciani de octo partibus XVI

Item eiusdem de constructione partium orationis libri II

Item ad Simachum de figuris numerorum liber. haec omnia in vol. I'.

ac similiter inde in cod. 267 p. 22: 'libri grammaticae artis XVI' etc. haec enim Weidmanni (Gesch. d. Bibliothek von S. Gallen p. 394 n. 548) sententia eo refutatur, recte adnotante Zeussio l. i. p. XIX, quod iste liber non in priorem illius catalogi partem inter 'libros scottice scriptos' receptus est. multo minus autem haec pertinent ad cod. Prisciani maioris Sangall. 903, qui quidem Ildefonso ab Arxio saeculum nonum superare, mihi autem non ultra saec. XI scriptus esse videtur. de omnibus his et de reliquis codd. Prisciani Sangallensium vicissitudinibus, quas hic perquirere longum est, cf. Weidmannum l. i. p. 394 sq. 421 429. 436. codices duos, qui inde ad Turicenses pervenerunt a. 1712, Turici vidi in bibl. publ., alterum libros XVIII complectentem saec., ni fallor, XI (C 37/280 cf. ann. 23), alterum, fragmentum libros III — X continens, saec. X; tertium quendam eiusdem bibl. Priscianum maiorem s. XII descripsit Fritzschi in ind. lect. acad. Turic. a. 1848 aest. p. 10 sq.

69 de his glossis cf. cum Pottius die keltischen Sprachen in Gödekii Deutsche Wochenschrift a. 1854 fasc. 15 et in Hall. allg. Lit. Zeit. Intell. Bl. a. 1846 n. 4, ubi cod. Leidensis glossas ex apographo meo edidit, tum Zeussius gramm. Celt. II. supra II. et p. 964 sqq. 1010 sqq., ubi copiae cod. Sangallensis, Carolinuhensis quoque libri ratione habita, in lucem prolatae sunt 70 v. inventarium saec. X infra laudatum apud Muratorium antiqq. Ital. III 819 coll. p. 871 et inventarii a. 1461

ria eorum antiquitate vel a D. Columbano ex Hibernia vel a Cumaniano ex Scotia aliisque anglis monachis allatos' censet Peyronus ⁷¹, eiusdemque bibliothecae catalogus saeculo, ut Muratorio visum est, decimo confectus inter libros a Dungalo 'praecipuo Scotorum' oblatos laudat Priscianum maiorem et duos Priscianos minores ⁷², quos suspiceris ex eodem fonte ductos fuisse, cui Scotici nostri *GLK* originem debent ⁷³. ubi autem et a quo haec recensio confecta sit, dicere nequeo. id unum addam, ne id quidem certum esse, num in ipsa Hibernia orta sit, cum natio Scotorum, 'quibus' ut ait vetus vita S. Galli ⁷⁴ 'consuetudo peregrinandi iam fere in naturam conversa est', Italiam, Galliam, Germaniam, Helvetiam istis saeculis peragravit indeque singula monasteria a Scotis passim obsessa commercio inter se non caruerint ⁷⁵.

Cum ad hanc recensionem pauci tantum ex reliquis libri sese applicent, plerique ad alteram familiam pertinent, quae Theodori exemplar fidelius sequitur cuiusque testes locupletissimos esse vidimus libros nostros *RB*, ita tamen, ut alii ex illa recensione plus minusve in usum suum converterint, alii variis modis temere interpolati sint, omnes corruptionis deinceps sese insinuantis permulta offerant vestigia. quos omnes conferre et inutile fuisset et spatium vitae uni homini datum fere excessisset. neque omnium, quos vel ipse evolverim vel aliunde cognoverim, manuscriptorum Prisciani codicum catalogum in lucem edere operae pretium est. id unum addiderim, praeter fragmenta Montepessulana pag. XI indicata ex iis libris, quos inspicere mihi non contigit, prae ceteris virorum

conscripti cod. 89 p. 26 ed. Peyron. pone Ciceronis orr. pro Scauro, pro Tullio et in Clodium fragmenta cum Peyroni adnotatione p. 188 sqq. 71 de bibliotheca Bobiensis comm. l. l. p. VI 72 v. Muratorium l. l. p. 821 sq. coll. ann. nostra 33

73 complures saeculo X monasterii Bobiensis bibliothecae codices Prisciani fuisse docet catalogus supra commemoratus, ubi, ut de solis instit. gramm. libris loquar, praeter libros Dungali p. 820 consignantur libri Prisciani minoris II; in brevi de libris Theodori presbyteri p. 822 Prisc. mai. lib. I, lib. I Ysidori... et Prisc. minoris; porro lib. Prisciani min., in quo Caper et Agroecius et Alchoin habentur p. 823; item ibidem de libris fratris Smaragdi lib. Prisc. mai. I 74 ap. Pertzium mon. Germ. hist. II 30 cf. etiam monachi anon. Ratispon. vitae Mariani Scoti (act. sanct. Febr. II p. 365 sqq.) caput I 'Hiberni ad fidem conversi eam alibi praedicant', cuius extrema verba sunt haec: 'postquam ardens flamma spiritus sancti populos Hiberniae temporibus primitivae ecclesiae efficaciter perflavit, peregrinationem cambientes pro patria, ita in transmarinas regiones se praecipitaverunt, ut diversas Europae partes semotas praedicando perlustrarent' 75 de his rationibus cf. act. sanct. l. l. p. 361 sq. Rettigium antiquiss. quat. evangel. cod. SGallensis Turic. 1836. 4. p. XLIV sq., cuius libri notitiam Bernhardio (Grundriss d. röm. Litt. ann. 250 ed. et alt. et tertiae) acceptam refero, Kellerum l. l. p. 61 sqq., Zeussium l. l. p. XVI sqq., Zappertum über das Fragm. eines liber dativus in act. consessuum acad. Vindob. class. hist. phil. XIII p. 97

doctorum cura dignos videri libros duos saeculo nono conscriptos, cod. mus. Brit. Harlei. 2674, membr., quondam S. Nicolai prope Cusam, Prisciani gramm. libros XVIII continentem in fine mutilos ⁷⁶, et bibl. seminarii Augustodunensis cod. ms. n. 40 ^{*}, qui libros sedecim priores complectitur ⁷⁷.

Cum igitur haud multum interesse viderem, quosnam huius familiae libros inter eos, qui et vetustate et bonitate proxime ad codd. *RB* accedunt, praeter hos ad sensim gliscentes corruptionis progressus demonstrandos conferrem, duos potissimum eam ob causam elegi, quod altero, Bongarsiano (*D*), praeter Gruterianum, quem et ipsum in usum vocaveram, usus olim erat Putschius, alterum Halberstadiensem (*H*), quem Lutherium perperam dixit ⁷⁸, ducem fere sibi elegerat Krehlius.

Eorum librorum 7) is, instit. gramm. libros complectens omnes, qui olim S. Basoli prope Remos fuit, tum Iacobi Bongarsii, nunc est bibl. Bernensis publicae cod. 109, membr., formae maximae. saeculo nono eum assignat Sinnerus ⁷⁹, equidem a variis manibus non ante saeculum X scriptum esse censeo. exciderunt quaterniones II et XVIII signati (cf. ann. ad lib. I § 33 XIII 31), quorum tamen hunc m. haud multo iunior ita instauravit, ut extremam pag. unam et dimidiam variis excerptis ex patribus potissimum Ambrosio, Augustino etc. Tironianis passim notis utens explerit; unum fol. m. rec. additum lib. VII § 85, adiecto altero, quod medicamentorum formulis etc. refertum est. item lib. XVIII § 31 post vocc. 'cassa fraude parat' maiori parti paginae varia de epactis et curiales quaedam nugae notis Tironianis hic quoque admixtis inscripta: pag. deinde sq. ab alia manu continuatur Priscianus. ipsis eius verbis iam iam glossemata haud pauca inserta sunt, quae a libris optimis absunt: ad emendandum et, ut vere fatear, saepe vel ad corruptendum librum alios codd. ad manus sibi fuisse testatur corrector ad lib. XVII § 72; alterius recensione eum non expertem fuisse docet praeter alia additamentum ad lib. I § 7.

Ipsi saeculo X assignandus mihi visus est 8) alter codex inst. gr. lib. I—XVI, codice *D* paulo purior, quem ad nonum vel decimum saeculum rettulit Krehlius ⁸⁰, ad nonum Hertzbergius ⁸¹. servatur in bibliotheca gymnasii Halberstadiensis, signatus M. 59, est membranaceus, formae quadratae mai., foliorum 261, satis accurate descriptus ab Hertzbergio ⁸². ecclesiae cathedralis Halberstadiensis

76 a catalogue of the Harleian mss. in the British museum II 706 77 catalogue général des bibliothèques publiques des départ. I 22 sq. 78 v. Hertzbergium Archiv f. Philol. u. Pädag. VII 235 79 catalogus codd. mss. bibl. Bern. I 583 sq. 80 Prisc. opp. I p. X 81 l. in ann. 78 laudato 82 l. l. p. 232 sqq.; ipsam cod. collationem, quatenus ibi publici iuris facta est, neglegentius instituit

eum olim fuisse docent haec verba in tertio a fine folio: 'hoc maius volumen prisciani artis grammaticae est beati stephani prothomartiris', cui teste eiusdem bibliothecae cod. 132⁸³ fol. 1 Priscianus cum aliquot aliis codd. 'ad eruditionem scoliarum' oblati sunt a Marcuardo diacono sancti Stephani in Halberstad. canonico, qui anno ab incarnatione domini M.C.XL.VII^o apud trekas in burgundia VI idus aprilis de huius uite ergastulo ad requiem migravit et apud scm lupum fideliter requiescit'. hic illic exciderunt folia, a m. rec. partim suppleta⁸⁴.

His addidi eiusdem fere aetatis eiusdemque pretii 9) fragmentum bibliothecae publicae Amienensis (A), quod et ipsum in catalogo a Garnerio confecto saeculo nono tribuitur⁸⁵, mihi a variis saec. X et XI manibus concinnatum videtur. constat uno quaternione artis gramm. initium exhibente usque ad 'navita' lib. I § 52 et tribus quaternionibus d e f signatis, quibus insunt libri IIII V VI usque ad 'eiusdem significationis' lib. VI § 43, nisi quod quat. e fol. 4 a b amisso periit pars libri IIII (§ 36 — § 50). ultimum quat. f folium (fol. cod. 30) praebet 'glosas minoris Prisciani', libelli sc. de nominum declinatione, qui et ipse sic nominatus est. in quinto denique quaternione (sign. VI^h *** - liturae ni f. inest num. III - fol. 31 — 38) lib. VI finis inde a voc. 'gaudium' § 77 et initium libri VII usque ad 'idem in secundo georg' § 27 literis consignata sunt.

Hi tres codices ADH ad ulteriorem textus historiam repraesentandam videbantur plane sufficere. apposui igitur per libros XVI priores plenam codd. et RBDH et GLK et, ubicumque aderant, PA variam lectionem. at ex ipsis his codd. etiam paulo ultra magisteriorum operam in Prisciano sive emendando sive interpolando collocatam licebat persequi. nam nullus fere liber invenitur, quin a compluribus scriptoribus postea correctus, immutatus, interpolatus, variis lectionibus adiectis amplificatus sit. eorum igitur opera ut et ipsa dignosceretur ita effeci, ut literae minores singulis codd. notis respondentibus; de qua ante dictum, *bdhglka*, quibus perraro accedit *p*, has curas significarent. et *r* quidem ab emendatoribus recentioribus (*R m. rec.*)

Hertzbergius, quam decebat philologum ob eandem negligentiam Krehlium theologum adroganter et acerbe vituperantem 83. 'evangelia cum lectionibus per anni circulum ordinata'. quae inde supra relata sunt, ea humanissime mecum communicavit Theodorus Schmidius 84 v. Hertzbergium l. c. p. 233 sq.; addendum, quod etiam in fol. 1 r a m. rec. perscriptum est ep. ad Iulianum datae initium; m. pr. fol. 1 v incipit a verbis: '(vita)perandum me esse' 85 I. Garnier catalogue descriptif et raisonné des mss. de la bibliothèque communale de la ville d'Amiens, Amiens 1843 p. 347 sq.

ut discerneretur sedulo curavi; per reliquos libros singulos vastae huius farraginis auctores tuto seiungere non licuit.

Praeter hos codices multos etiam alios vel diligenter examinavi vel per aliquam partem contuli. nullum tamen inveni, qui genuinae lectionis fontem ab alterutra vetere recensione recedentem praebere. passim igitur tantum, ubi ex re videbatur, testium supra dictorum numerum per hos libros auxi unius alteriusve istorum codd. lectione addita, ubi is vel aliorum testimonium fulciret vel singulare quid et notabile afferret. quo praeter codd. Romanos et 1) Vaticanum et 2) Barberinianum supra commemoratos pertinent:

3) cod. Monacensis A, de quo cum maxime loquar pluribus.

4) cod. Darmstadiensis 2190, bibl. olim Coloniensis 200, membr., formae max., librorum XVIII omnium, saeculo VIII assignatus ab Hartzheimio⁶⁶; at hunc librum ex Caroli Lachmanni et Mauricii Hauptii, quos de eius aetate per dies conventus philologorum Darmstadiensis consulere licuit, consensu saec. demum XII tribuere non dubito. (*Darmst. a*)

5) cod. Darmstadiensis 725 (olim ³⁶³452) instit. gr. lib. I XVI, membr., formae quadratae, saec. XII, olim monasterii S. Iacobi Leodiensis. (*Darmst. b*)

6) fragmentum Darmstadiense 2172, olim Coloniense 202⁶⁷, membr., formae maximae, saec. XII, libros primores exhibens usque ad vocc. 'ut hic senatus' lib. VII § 91. initium et praefationis usque ad 'omnia fere' § 2 et libri I usque ad 'haec confutatione' § 4 deficit. (*Darmst. c*)

7) Caroliruhensis alter, 220, olim Reichenaviensis, membr., formae max., saec. XII. et huius et cod. K usum mihi paravit Baehris.

8) Coloniensis, bibl. Wallrafiana, cuius libri usum Heimsoethii inprimis comitati debeo, itidem membranaceus eiusdemque et formae et aetatis. hi duo libri eo conspicui sunt, quod loci auctorum a Prisciano citati ex ipsis horum scriptorum membranis haud raro videntur esse emendati.

Neque his frequentius Krehlii codices, quos in utriusque tomi ed. suae praefationibus enumeravit, in auxilium vel propterea vocavi, quod eos nec satis plene nec satis exacte contulit, id quod praeter alia multa me docuit iterata libri Halberstadiensis collatio, ex reliquis eius codicibus eminent, saepe cum r conspirans, liber 'imperialis monasterii S. Maximini' Trevis, quem Heidelbergensem vocavit⁶⁸. cuius notitiam haud paulo accuratior quam

⁶⁶ catalogus hist. crit. bibl. eccles. metropolit. Coloniensis Col. Agrapp. 1752. p. 160 ⁶⁷ cf. Hartzheimium l. l. p. 161, qui saeculo X hunc cod. tribuit ⁶⁸ v. Krehlii praefat. I p. XI sq. Reiffenbergium bulletin de l'acad. des sciences et belles

ex ipsa Krehlii editione petere mihi licuit ex collatione a Friderico Lindemanno, cui et ipsi a Friderico Creuzero codex transmissus erat, anno 1818 ad ed. Putschianam instituta, quam Henrici Keilii beneficio debeo. codex is membr., formae maximae, Halberstadiensi recentior⁹⁹, desinit in vocc. lib. XVI § 14 'nam equidem'.

Cum vero codd. supra memoratis ad recensendos libros priores sedecim apparatu large sufficiente instructus mihi viderer, secus res sese habebat in libris duobus de constructione emendandis, qui a vetustissimis et optimis libris saepe aberant, ut ex meis *R* et *D* soli plenos eos adderent, Graecis plerisque vel a *D* omissis. nam in *BHKA* libri illi omnino deficient, *G* ante librum XVII medium desinit, *P* particulam tantum libri XVIII eamque multis omissis imperfectam praebet, in *L* gravissima eiusdem libri pars intercepta est. alia igitur ad provinciam illam administrandam subsidia quaerenda erant, ex quibus verbis praesertim Graecis certum ubique medellae fundamentum substrueretur.

Nihil igitur exoptatus contingere mihi potuit, quam ut 1) in cod. bibl. Lugd. Bat. Voss. O (i. e. formae octavae, est autem potius quadr. min.) 12 (*V*)⁹⁹, membr., foliorum 72, saeculi VIII vel X ineuntis, reperirem gemellum codicis *R*, ipsi haud imparē. qui quamvis ab initio mutilus - incipit enim demum ab '(ἀνα)στραφείς εἶπεν' lib. XVIII § 92 vel, si laceras duorum foliorum particulas adnumeret, ab 'homines dicere' § 86 -, tamen per eam servatus est libri XVIII partem, quae Graecorum auctorum reliquiis scatet. tres praeter folia modo commemorata quaterniones perisse, ut ab initio lib. XVIII cod. olim orsus sit, docent notae singulis deinceps quaternionibus additae. finem lib. XVIII (fol. 50r) excipit carmen 'REMI FAVINI DE PONDERIBVS ET MENSVRIS' (fol. 50r — 52v) et 'FORMATA EPISCOPORVM' (f. 52v, 53r); praeterea insunt Prisciani de figuris numerorum, de metris Terentii et aliorum comicorum, de praeexercitaminibus rhetoricis libelli (f. 61v — 71r), Rufini denique in metra Terentiana commentarii initium usque ad verba 'ne forte impru(dens)' p. 2709 P.

Contuli praeterea ad eosdem hos libros recensendos 2, 3) libros duos in membrana formae maximae scriptos, qui olim monasterii Neapolitani S. Ioannis de Carbonaria, nunc inter bibl. palat. Vindobonensis codd. phil. Lat. numeros CCCXLVII (*S*) et CCCXLVIII (*N*) obtinent, ab Endlichero accurate descriptos⁹¹.

lettres de Bruxelles 1844, 387 sq. (ex schedis Wiethemii e soc. Iesu). Confluentiae, ubi cod. extare suspicaris - Goerriis enim fuisse dicitur - coll. Pertzio Archiv VIII 24, frustra eum quaesivi 89 iudice Krehlio l. l. p. XI 90 catal. bibl. Lugd. Bat. ann. 55 l. p. 386 91 catal. codd. phil. Lat. bibl. Palat. Vindob. p. 242 — 244 et p. 244 sq.

continet uterque Priscianum minorem saec. X descriptum, alter (*S*) post varias saec. X et XIII membranas conglutinatas f. 89r — 104, alter (*N*) post Prisciani volumen maius et ipsum saec. X. conscriptum f. 81v — 109v. deest tamen illi maior pars libri XVIII inde a vocc. 'clausus sit vel esto' § 74, hic per extremam partem inde a § 157 Graeca omnino omittit eo usque satis vitiose addita. utriusque libri lectiones, quamvis *N* singularia quaedam praebeat, corruptionis crescentis specimen potius quam emendandi instrumentum praebuerunt.

Aliquantulum maiore cum fructu usus sum 4) variis lectionibus ex cod. bibl. imp. Parisinae 7499 (*O*)⁹² a Theodoro Presselio enotatis mihi que concessis. hic enim liber, olim Puteaneus, qui praeter Prisciani de constructione libros saec. VIII scriptos habet Engelmоди episcopi carmina, Prisciani περιήγησις, Eutychem cum scholiis in fine mutilum, a puro et limpido fonte, ex quo *RV* manarunt, haud ita longe recedit.

Ex ipso illo fonte profluxisse 5) cod. Monacensem Lat. 280 *A* membr., foliorum formae max. 168, saeculi, ut equidem arbitror, XI⁹³, ipsum libri huius argumentum docere potest. duabus enim partibus codex constat: altera est Priscianus maior variis manibus conscriptus, altera eodem fere opusculorum corpore composita est, quod per optimos saeculi noni libros propagatum invenimus: continet enim Prisciani libros de constructione II (f. 107v — 160r), eiusdem de figuris numerorum, de metris Terentii, de praexercitamentis rhetoricis tractatus (f. 160r — 168v), in extrema denique pag. extremae parte initium commentii Rufiniani, in cuius vocc. 'Flavius Caper in artibus' p. 2707 P. desinit. ad Graeca sananda magnam eius esse utilitatem grammaticos docuerat Leonardi Spengelii 'index Graecorum locorum apud Priscianum quae extant ex codice Monacensi', quod pergratum 'supplementum editionis Krehlianae' Varroni suo adgregarat⁹⁴. ac revera ad librorum *RV* praestantiam prope eum accedere probatum est collatione ab Ottone Heinio meum in usum sollerter instituta.

Ex eadem vero Spengelii commentatione⁹⁵ edoctus 'hanc alteram Prisciani partem quattuor codd. collatam ab Anglis insertam extare novae Scapulae editioni' i. e. Oxoniensi a. 1820 in lucem datae, diu hunc librum apud nostrates frustra quaesivi. qua de re cum etiam Fridericum Ritschelium literis adirem, is mihi rescripsit, eius libri folia quae desiderarem ex Anglia a Iacobo Bernaysio asportata esse. qui postquam precibus meis facile obtemperans folia haec

⁹² catal. codd. mss. bibl. reg. part. III tom. IV p. 367 ⁹³ X saeculi secundum Spengelium l. ann. sq. l. p. 603 ⁹⁴ M. Terenti Varronis de lingua Lat. quae supersunt ed. p. 599 — 658 ⁹⁵ l. comm. p. 604

mihī permisit inscripta: 'E Prisciani libro XVIII sive de constructione excerptum. — Vsus Latinus Graeco in omnibus partibus collatus', vidi iis inesse extremam lib. XVIII partem inde a § 157 emendatam cum ad libros, quibus et ipse usus eram, Lugdunenses et Gruterianum et Vossianum, tum ad editionis Basileensis exemplum, 'quod cum ms. a Scaligero collatum nunc bibliothecam Bodleianam ornat.' quodsi editor Anglus 'Scaligeri librum' ait 'a Putschio adhibitum esse, certis quibusdam indicibus deprehendimus', adiciendum est, ipsum Putschium et in auctorum syllabo narrare, ex Iosephi Scaligeri libro Graeca pleraque in libris *περὶ συντάξεως* esse restituta, et uberius in epistula ad Iacobum Bongarsium ipsi Prisciano suo praemissa⁹⁶ exponere, in ipsis his libris sibi inprimis usui fuisse, quae ex illustrissimi Scaligeri codice transcripta ad se miserit Cornelius van Dale, cognatus suus carissimus. conspirat collatio haec Scaligerana (C) plerumque cum codd. *RVM* lectionibus. paucis denique locis editor Anglus varias lectiones ab anonymo quodam excerptas addidit.

Sic etiam ad libros de constructione ad constantem optimorum librorum normam exigendos lectissimo codd. *RVMODLNS* (*PGC*) apparatu ornatus accessi.

Vix igitur quisquam harum rerum peritus vitio mihi vertet, quod largissima optimorum librorum suppellectile fruens, editiones veteres eatenus tantum in usum vocaverim, ut, ubi quid citra libros mihi notos in iis emendatum viderem, id enotarem addito eius editionis titulo, ubi illam medellam scriptori primum invenirem adhibitam. non omnibus editionibus me uti potuisse, quarum plenus apud Schweigerum⁹⁷ extat catalogus, vix est quod doleam: sola fere ed. Romana s. l. et a. ab Vdalrico Hanio typis impressa et editione Iuntina aegre carui.

Ex altera codd. familia, cuius princeps nobis est *R*, priores editiones quotquot in notitiam meam pervenerunt fluxerunt omnes. ad manus vero beneficio praesertim et bibl. univ. Lipsiensis et bibl. reg. Berolinensis fuerunt hae:

1) ed. operum a. 1470 sine l. (Venet. ap. Vindelin. de Spira) fol., in qua instit. gramm. ex libro bono satis fideliter expressae sunt, Graecis tamen omissis (1).

2) editionem hanc presse plerumque sequitur Veneta altera a. 1472, (2) fol., ubi Graecorum magna pars ex libro satis bono, quamvis vitiosissime passim expresso, addita est. utramque Venetam commodavit bibl. Lipsiensis.

Haud longe certe ab iis recesserint edd. ibidem per proximos

96 grammat. Lat. auctores antiqui p. 53½

97 Handbuch der class. Bibliographie II 2, 822 sqq.

annos procuratae, ut primus Benedictus Bruagnolus aliquam operam in emendandis institutionibus posuisse videatur, qui rursus Venetiis a. 1485 in fol. Prisciani opera edidit eademque addito Ioannis de Aingre commentario 'summo studio et ingenti cura emendavit recognovitque' a. 1488. ex hac ed. ea expressa dicitur, qua uti mihi licuit, 3) Veneta a. 1492 fol. (3) et insequentibus nonnullae: in univ-ersum haec haud longe ab antiquioribus Venetis recedit, alia emen-data, alia pessumdata, Graeca passim iterum ommissa sunt.

Quid praestiterit deinde ed. Mediolanensis a. 1503 equidem nescio. Venetae vero a. 1509 secundum ea, quae de hac editione memo-riae tradita sunt, quin fidelem imaginem reddat 4) Mediolanen-sis a. 1511 fol. (μ), non dubito. atque harum quoque edd. a Da-niele Caietano Cremonensi procuratarum tituli omnibus accuratissime emendatis gloriantur, modestius tamen in epistula ad Andream Mo-cenicum patricium Venetum data Caietanus 'ego vero' inquit 'hoc de me duntaxat polliceri possum loca graeca quae minus intellecta esse perspexero pro mea portione enodare conabor.' et nonnulla revera haud imperite correctae invenies.

Alia haud pauca non sine libris emendavit 5) Parisiensis (π) 'maiore accuratatione in edibus Ascensianis | Ad idus Septemb. M.D. XVI' (fol. CXLIXv) monitu Petri Rosseti impressa in fol. min.: omnino tamen ne haec quidem a textu eo usque recepto longe re-cedit.

Nec Neapolitanae editionis a. 1520 nec Florentinae per heredes Phil. Iuntae a. 1525 in 4 impressae usus mihi concessus fuit. in hac secundum indicem 'omnia primum acri indicio Nicolai [Angelii] Bucinensis castigata mox ab Antonio Francino [Varchiensi] iterum recognita cum restitutione locis suis graecarum dictionum, quae an-tehac nunquam excusae fuerunt nunc primum in lucem edita addito indice copioso' ⁹⁸.

⁹⁸ cf. Bandinii Iuntarum typograph. annales Lucae 1701 II 199 sqq.; ex Antonii Varchiensi ad studiosos epistula editioni praemissa (ap. Bandinium l. l. p. 201 sq.) elucet, Nicolaum Angelium olim Prisciani praeceptionibus castigandis auctore Ber-nardo Iunta operam navasse, Graeca tamen omnia et Latina nonnulla omisisse 'exem-plariorum' ut videtur Antonio 'penuria'. id cum animadvertisset Iunta, 'paratis quot-quot habere potuit exemplaribus, tum hactenus excusis' ipsi Antonio eas dedit reco-gnoscendas. 'nos ergo', pergit ille 'collatis more nostro in unum his exemplaribus perlectisque multis et graecis et latinis exemplaribus quorum testimonio Priscianus utitur ad praecepta sua comprobanda in libris de octo partibus orationis, quamplurima, ne dicam omnia, tum graeca tum latina in pristinam integritatem restituimus, libros vero de Constructione, quos librarii fere omnes, omnesque excusores, nescio qua con-iectura, vel potius errore Prisciani cuiusdam minoris esse voluerunt, adeo inversos, typisque tam foede excusos, ut a barbaris haud facile quis dignoscat, et ob id nullus antehac legere sit ausus, quia sensus inde nullus eliceretur, ad eam formam redegi-mus, ut facile omnes bonarum litterarum studiosi tam graecarum, quam latinarum,

At his promissis eos non stetisse indicare videtur opp. Prisciani editionum omnium nitidissima, quae duobus annis post prodiit 6) Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Asulani m. Maio a. 1527 in forma oct. impressa (α). ea enim singulis Prisciani operibus enumeratis addit haec: 'quibus omnibus ad suum decus restituendis quantam adhibuerimus diligentiam, facile cognosces, si hanc nostram editionem conferes non modo cum caeteris editionibus, sed etiam cum ea quae proxime Florentiae ante hanc nostram facta est. et omnes in primis locos ubi graecum quod deerat, restituimus. in illis enim, sed et in multis aliis tantam differentiam depraehendes inter hanc et illam, ut illud musicorum sis dicturus *δὲ διασῶν*. Vale.' atque hic revera membranarum optimarum fide cum Latina tum Graeca ex constanti artis norma emendata et haec praeterea saepius inde suppleta sunt. qua de re fusius agit editor praestantissimus Donatus Veronensis in epistula ad artis grammaticae studiosos data, quae folio ipsum titulum excipienti inserta est. 'magnam' ait 'mihi exemplarium veterum, quae conferre possem, copiam fecit Andreas Asulanus, cuius officina librorum, satis iam diu studiosis omnibus nota est. Ita illis conferendis nullā (sic) mihi maiori adiumento fuit quam quod olim e Gallia Aldus Manutius magno pretio redemptum attulerat. Tanta huius Codicis tamque egregia de octo partibus orationis deque earundem constructione dumtaxat bonitas atque integritas extitit, et alterius item vetustissimi de duodecim Aeneidos primis librorum carminibus, ut horum collatione tria haec sperem me ita restituuisse, ut vel ipsum Priscianum hoc tempore vix putem emendatiora daturum'. quae si nimis exaggerata videantur, nemo tamen negabit, Donatum optimarum membranarum pretio recte aestimato et textu ad earum fidem sinceriter expresso atque haud raro bene emendato inter omnes Prisciani editores palmam meruisse.

Iure igitur suo editores insequentis pedetemptim fere eius vestigia presserunt. ed. quidem Badii Parisinam a. 1527 exeuntis non novi; impudentissime vero factum est, quod 7) ed. Coloniensis (*), quae ipso anno proximo aere et impensa Godofredi Hyttorpii excusa est ab Euchario Cervicorno (MDXXVIII fol.) in ipso titulo sic sese iactaret: 'Iis omnibus quantum operae, et id quidem potissimum in graecis, quae fere deerant, restituendis adhibitum sit, tum liquido cognosces, ubi diligentius omnia haec introspexeris'. maximam vero bilem movet editoris Ar. [noldi] Vef. [aliensis] praefatio, qui 'videbis' ait 'plane nitidum, qui multis iam annis foedo neglectu squaluit, animadvertes castigatum, quem bis mille erroribus,

quum in his usus latinus elegantissime graeco collatus sit, hinc maximam utilitatem percipere possint'. anno 1554 Prisciani opp., anno 1529 'libri duo postremi Prisciani de syntaxi a Nicolao Angelo Bucinensi castigati' in typographia Iuntina recusa sunt.

atque eo amplius misere dilaniatum doluisti, experieris integritati, quoad fieri potuit, diligenter restitutum: à quo, luxatis sententiis, violata orationis sutura partim Graecis expunctis, partim ignoto characterè obrutis, vel crassa inscitia temeratis, manco, mutilo, discerpto, confosso atque plane exanguì hactenus abhorruisti. quae omnia secure translata sunt in 8) ed. Basileensem a. 1545. 8 (β), quae saepius deinde repetita est.

Octoginta demum fere annis post editionem Aldinam 9) Helias Putschius grammaticorum Latinorum corpori concinnando intentus criticam Prisciano operam admovit⁹⁹. qua in re praeter libros supra laudatos et ad nostram quoque editionem adhibitos, Gruterianum, Bongarsianum, Scaligeranum, cum aliis et Iani Gruteri et Iacobi Bongarsii tum Davidis Hoeschelii et Conradi Rittershusii libris adiutus est, quos tamen omnes illis inferiores fuisse, ex ipsis fere praefationis verbis apparet¹⁰⁰. his subsidiis non ea, quam speres, constantia usus est Putschius et ipse Aldinae potissimum editioni in-nisus, quamquam haud pauca, praesertim Graeca, emendavit. excusandus tamen est adulescens indefesso studio opus amplissimum moliens, quod singula non eadem ubivis accuratione et acrimonia administravit.

Krehlio igitur theologo, qui, postquam per duo amplius saecula iacuit Priscianus, eius edendi provinciam sibi imponi passus est, haud immerito succensens, quod severa et iniqua de Putschio iudicia plus semel protulerit¹⁰¹. cuius tamen superbiae satis superque poenas olim dedit vir reverendissimus. nam postquam 10) duobus voluminibus Lipsiae anni 1819 et 1820 Prisciani opera edidit, libris sat multis, bonis paucis, ea quae philologum decet diligentia nullo usus, censorem quidem nactus est clementissimum eundemque adversus I. G. Schneideri criminationes patronum in act. lit. Ienensibus a. 1822¹⁰², praeterea vero, quantum equidem scio, adversa-

99 Grammatici Latini auctores antiqui ... opera et studio Heliae Putschii Hano-viae 1605. 4 p. 520 sqq.; Prisciani inst. gramm. explant pagg. 533—1214 100 'Ex Iosephi Scaligeri libro graeca pleraque in libris *περὶ συντάξεως* sunt restituta, in quibusdam tamen nos magis iuvat liber clariss. Gruteri, reliqua sunt ex libris Bongarsianis. Quaedam tamen etiam ex clariss. Davidis Hoeschelii (sic) et Cunradi Rittershusii IC. libris emendata sunt. Lacunae aliquot restant, quas ut speramus ex P. Petavii Regio codice quem his excusis accepimus, in Notis explebimus'. Bongarsianus ipse Putschius Graecorum auctorum verbis carere queritur; alter, qui Bernae in bibl. publ. asservatur (n. 326 v. Sinnerum l. l. I 585 sq.) et mutilus est et nostro recentior; qui sint 'libri Cl. Gruteri', quos ibidem laudat, nescio: in praefatione certe de uno eoque nostro agit cf. p. XIII. notas quominus ederet praematura morte Putschium impeditum esse constat 101 Prisciani opp. I p. XV. 139. 157. 185. 283. 569 etc. 102 n. 234—236 p. 400—432, quae censura, literis D. E. signata, a Friderico Lindemanno profecta esse dicitur. atque id iudicii quidem nonnullis confirmatur cf. tamen n. 236 p. 426, ubi censor Lindemannianam aliquam coniecturam refu-

rios invenit multos eisdemque partim acerrimos, laudatorem nullum, patronum unum Reinholdum Klotzium¹⁰³. ego quae de libris a Krehlio ad editionem suam adhibitis dicenda erant, supra dixi, ubi recte in glossis praesertim non sine acumine indagandis et extirpandis rem administrasse visus est, eum, uti par erat, laudavi, litem intendere seni, qui haec studia diu reliquit, nec dulce mihi visum est nec utile¹⁰⁴. immo gratias ei agam, quod eius opera effectum est, ut Godofredi Hermanni de locis aliquot difficilioribus sententia cum orbe literato communicaretur.

At multo magis gratiae iis viris agenda sunt, qui vel iisdem vel similibus officiis in opere perficiendo mihi ipsi affuerunt. cuius suscipiendi cum ante hos undecim annos consilium agitarem, primum acerrimus suasor mihi extitit Carolus Lachmannus; tum cum aestate anni 1844 ad conferendum bibliothecae gymnasii codicem Halberstadium profecturus essem, literis commendaticiis ad Theodorum Schmidium datis humanissime me instruxit Ioannes Schulzius, qui studia mea per omnem hunc annorum decursum fovit et, ubicumque occasio offerebatur, adjuvit. literis autem illis viri summi traditis a Schmidio suavissimo hospitio exceptus sum, cuius gratissimam memoriam nec delevit tempus nec umquam delevit. per annos deinde 1845, 1846, 1847 patris dilectissimi beneficio mihi contigit, ut itinere per Germaniam, Hollandiam, Belgiam, Galliam, Italiam, Siciliam suscepto praestantissimas et ditissimas harum terrarum bibliothecas adirem. quarum praefecti ubi vis fere summa cum liberalitate thesaurorum suorum indagationem atque usum mihi concesserunt. nemini tamen horum magis obstrictum me esse confiteor quam Iacobo Geelio et Carolo Benedicto Hasio, qui qua comitate me exceperint, quantopere labores meos sustentarint, iam plus semel grato animo publice testatus sum, debitis laudibus praedicare non valeo. quo modo deinde praeter Raumerum et Prokeschium, viros excellentissimos, Baehrius, Bernaysius, Bethmannus, Brunnius, Halmius, Heimsoethius, Heinius, Keilius, Linsmayerus, Presselius, Ribbeckius, Ritschelius libris mss. procurandis, conferendis, inspiciendis sibi me devinxerint, id supra indicatum est.

Ita largissima ad Priscianum recensendum suppellectile praeditus id tamen in votis habebam, ut editione mea viris doctis simul de ea, qua ipse Priscianus usus esset, librorum penu iudicii ferendi facultatem praerberem. quamobrem locos scriptorum ab eo allatos cum ipsis eorum libris mss. ubicumque licebat ita conferre institui,

tare studet. nec variae lectiones a censore ad lib. VI § 20 allatas n. 235 p. 419 in collatione Lindemanniana adnotatae sunt 103 v. Archiv f. Philologie und Pädagogik VII 232 104 cf. quae humanissime hanc in rem dixit Spengelius l. l. p. 603 sq.

ut optimarum ex illis membranarum varias lectiones cum lectione Prisciana diligenter componerem ¹⁰⁵. quod uti in gravissimis saltem auctoribus plene officere possem, imprimis mihi datum est beneficio Friderici Ritschelii et suorum: Alfredum Fleckeisenum dico, Henricum Keilium, Ottonem Ribbeckium, Guilelmum Steinhartum. quorum ipse Ritschellius praestantissimorum Terentii librorum, Bembini ¹⁰⁶ et Basilicani, Calliopiana recensio- nis ducis alterius, varias lectiones excerptendas mihi transmisit, Kei- lius ceterorum grammaticorum lectiones, quibus et ob eandem ratio- nem et ob alias saepe indigebam, ex scriniis suis rogatu meo promp- sit, Ribbeckius, praeterquam quod comicorum suorum plagulas a prelo madidas mecum communicavit, lectissimi apparatus sui Vergiliani usum mihi concessit, ut accuratam optimorum codicum Palatini et Romani ac fragmentorum Vaticanorum (*Fr.*) et Veronensium (*Ver.*) notitiam ad Fogginianam Medicei memoriam adicere liceret, Steinhartus codd. Lucani Vossianorum *AB* ¹⁰⁷ varietatem lectionis diligentissime a se exscriptam mihi commodavit, Fleckeisenus denique, ubi ubi co- piae Ritscheliana nondum reclusae erant, Plauti Palatinorum noti- tiam plenioram, quam quae a Pareo olim publici iuris facta est, ex Schwarzmanni, quam possidet, collatione supplevit. at multo magis amicus integerrimus eo de opera mea meritis est, quod et, ut ante hos duos annos in Gellio, ita nunc etiam in Prisciano recensendo prudentibus consiliis et praeclaris emendationibus in veteris potissi- mum poesis Romanae reliquiis emaculandis mihi adfuit et plagula- rum a tyopthetae, sollertissimi ceterum hominis, mendis corrigend- arum laborem molestissimum indefesso studio et subtilissima di- ligentia mecum communicavit.

Grata etiam memoria cum Augustus Nauckius et Gusta- vus Wolffius tum Mauricius Hauptius et Augustus Mei- nekus prosequendi sunt, qui quotienscumque per totum laboris longinqui decursum eos adii vel libros vel consilia petiturus, eadem semper, sive amicitiae sive benivolentiae constantia votis meis satis- fecerunt.

Studiis autem meis in Prisciano positis id efficere conatus sum, ut, quatenus liceret, illud institutionum grammaticarum exemplar restituerem, quod ex idiographo doctoris sui exemplo descripsisse videtur Theodorus. illud autem festinantius quam voluisset sibi edendum fuisse, ob eos qui alienis laboribus insidiantes furtimque

105 Locorum a Prisciano saepius commemoratorum, ubi primum singuli leguntur, variae lectiones additae sunt; ubi memorabile quid allatum erat, loco iterum citato, lectores annotatione mea illuc ablegavi; de rell. index consulendus 106 notandum est, a Bembino maiorem Andriae partem usque ad act. III scen. 4 v. 48 abesse 107 cf. Steinharti de emendatione Lucani comm. Bonnae a. 1854 editam

et quasi per latrocinia scripta aliis subripientes, unius nominis ad titulum pertinentis infanda mutatione, totius operis in se gloriam transferre conarentur' conquestus est Priscianus ¹⁰⁸. ipsum autem hoc opus 'doctoris urbis Romae Constantinopolitanae' ex scholis de arte grammatica ab eo habitis ita profectum esse arbitror, ut ea quae in schedis adnotata haberet componeret, concinnaret, explicaret, augetet. quibus fortasse inter describendum alia ex iis, quae per scholas a Prisciano habitas notando olim consecutus erat, addidit Theodorus. ita oratio saepe adnotationibus et additamentis incisa, qualia nos in inferiores paginarum margines solemus conicere. praeter haec autem in libris nostris haud raro alia interposita inveniuntur, quae ex proximorum saeculorum studiis Priscianeis orta videntur, orationis interpretamenta et amplificationes, saepe vel eo deprehendenda, quod in uno alterove codice aut omnino omissa sunt, ut in marginem inferiorem inter adnotationes ea conicere liceret, aut inter lineas addita aut tamquam 'glosae' notata uncinisve inclusa. haec igitur ut a genuinis segregarem uncis quadratis, adnotationes illas uncis rotundis induxi, haud ignarus, omnia haec tam lubrica esse, ut, utrum quid ipsius orationis tenori inserendum an circumcludendum, utrum a Prisciano et ipso saeculi sexti scholastico eiusve discipulo profectum an a proximae aetatis doctoribus additum sit, saepe sensu magis quodam quam firmo stabilique iudicio possit discerni.

Praeter glossas, quae mature in ipsa scriptoris verba irruerunt, aliae ab his seclusae vel inter lineas vel in marginibus codicum remanserunt. at in omnibus his, quotquot inspexi, genuinae solidaeque doctrinae vestigia nusquam fere apparent, ut nugis his librum per se satis spissum onerare noluerim. talium scholiorum corpus ex interpretamentis Scotorum, Donato, Servio, Paulo, Beda, aliis consarcinatum ¹⁰⁹ extat in cod. monasterii Einsidlensis n. 32 saec. XI, membr., formae oct. tum in quaedam dicta Prisciani commentariolum ex Scotorum disciplina profectum laudatur auctore Sedulio Scoto, qui saeculi noni initio dicitur vixisse ¹¹⁰. similitum Ioannis Scoti studiorum memoriam supra p. XIII excitavimus.

108 ep. ad Iulianum § 3 109 v. modo schol. lib. II §. 58 (cod. p. 28): 'Lacuna. altitudo tecti l̄ et lacuna d̄f et contraria sunt lacui sic scotti. lacuna ·i· aq̄ a lacu diriuat̄ quā alii lanā alii iustrā dicunt. sic paulus' (p. 117, 8 Muell.) 110 v. Baehrium Gesch. d. röm. Lit. im karoling. Zeitalter p. 365 sq. coll. tamen Waitzio Gött. gel. Anz. 1841 p. 949. extat hoc commentariolum in cod. Leid. Voss. F 67 ex bibl. Scobing. profecto (cf. catalogum bibl. Leid. saepius l. p. 373). in inventario quoque bibliothecae Sangallensis a. 1461 apud Weidmannum l. c. p. 421 laudat̄ idem commentariolum A 23 ac schedula eiusdem titulum continens agglutinata est tegumento cod. Turic. C 37/280 (cf. ann. 23) ex bibl. Sangallensi profecto: ipsum tamen codicem perlustrans in hoc opusculum non incidit. - flores Prisciani servat libellus, quod 'scalprum' dicitur v. cod. bibl. publ. Leid. n. 154 catalog. l. p. 331 etc.

Ne saeculis quidem proximis haec studia deferbuisse praeter ingentem ipsorum librorum mss. copiam docet Ioannis de Garlandia (saec. XI) carmen de orthographia ex Prisciano petatum et Petri Heliae, quem postea ad usum suum adhibuit Vincentius Bellocacensis, expositio et compendium metricum ex Prisciano ducta¹¹¹, quae et ipsa ad saec. XI pertinent. saeculo insequenti ex fonte Prisciano hortulos suos irrigavit auctor novi thesauri Latinitatis Vaticani apud Maium class. auct. tom. VIII. quae studia ut aliis quibusdam exemplis prosequi liceat, Wigo decanus Feuchtwangensis sub finem saec. X maiorem librum Prisciani petit a scholastico Augustano¹¹², saec. XI initio Fulbertus Carnotensis Boniperto episcopo Hungarico scribit: 'significavit autem nobis ... Hilduinus ... unum de nostris Priscianis te velle, quem et per eundem libenter mittimus'¹¹³. in universitate Parisiensi usque ad saec. XIII Priscianum studiose tractatum esse cum alii narraverunt tum Fabricius¹¹⁴ ac Pragae Lipsiaeque exemplis satis probatur, eundem per Germaniam saeculis quoque insequentibus in scholasticae institutionis cursum fuisse receptum¹¹⁵. at Parisiis, ut eo revertamur, philosophiae studium illa aetate ita effloruit, ut artem grammaticam despicerent et contemnerent. iam igitur perspicuum est, cur in Henrici Andelitani, canonici Rotomagensis saec. XIII¹¹⁶, pugna septem artium liberalium¹¹⁷ Donatus et Priscianus pro schola Aurelianensi contra Parisiensium patronos Platonem et Aristotelem pugnent. apud alios quoque poetas scholasticos tamquam artis grammaticae princeps in ordinem ducitur Priscianus; sic in scriptorum principalium catalogo quodam ms. s. XII laudatur 'Priscianus primae artis restaurator strenuus'¹¹⁸, sic Goliae quae dicitur apocalypsis auctor¹¹⁹, duce Pythagora in terram quandam pere-

111 v., ne multus sim, Fabricium bibl. Lat. III 309 sq. coll. p. 392. 398 ed. Ern. Leyserum hist. poet. med. aevi p. 340 coll. p. 311 sqq. et p. 2067 (1167) sq. 112 Pezii thes. anecd. VI 115, quem locum mihi indicavit Guilelmus Wattenbachius 113 Fulberti Carnot. ep. 5 v. Wattenbachii ad mon. Germ. script. XI 238 annot.; eiusdem vol. p. 582, 53 in annal. Farfens. ad ann. 1121 fit mentio Prisciani 'valde boni' 114 l. l. p. 400

115 v. Drobischium Berichte d. sächs. Gesellschaft d. Wissensch. ph. hist. Cl. II 1849 p. 72. 100. 101. 103. utrobique Priscianus minor (cf. Fabricium l. l.) in grammatica per duos menses pro duorum grossorum minervali tractabatur. 'pro Prisciano breviori 2 menses, Pastus 2 gr.' secundum additamentum statutorum facultatis Lipsiensis a. 1410 l. l. p. 103 116 cf. de la Rue essais sur les bardes, les joueurs et les trouvères normands et anglonormands t. III Caen 1834 p. 33 sqq. 117 oeuvres de Rutebeuf recueillies par Jubinal Paris. 1839 II 415 sqq. 118 v. Ravaissonium rapport sur les bibliothèques des départ. de l'ouest p. 405 (Alençon)

119 est Gualterus ab Insula saec. XII poeta v. Giesebrechtium allg. Monatsschrift für Wissenschaft und Lit. a. 1853 m. April. p. 363 sq. cf. p. 345 sqq. et F. A. G. Müldeneri de vita mag. Philippi Gualtheri ab Insulis de Castellione diss. Göttingae a. 1854 editam

grinam delatus, una cum Cicerone, Ptolemaeo, Boethio, Euclide, Lucano, Vergilio, Statio, Ovidio, Terentio, Hippocrate conspicit Priscianum 'dantem palmis verbera' ¹²⁰, sic saeculo XIII exeunte poeta Adolfus Vlricum, scholasticum Vindobonensem, his praeter alia extollit versibus:

Nunc es Aristoteles vel nunc [*add. es*] Paulus, Helias,
Priscicus et Cicero, nunc es Apollonius ¹²¹,

sic in Antonii Beccariensis, medici Ferrariensis, carmine circa annum 1343 confecto de obitu qui perhibebatur Petrarchae inter artes lugentes prima grammatica prodit eiusque comitum ordinem ducit Priscianus ¹²². haud igitur mirum, etiam Italo eiusdem aetatis pictori sive Ioanni Campensi sive Iacobo Nipozzano, cum ecclesiae S. Mariae Novellae Florentinae capitulum Hispaniensium praeter alia multa quattuordecim virtutum et artium figuris exornaret iisque singulis singulos viros tamquam antistites adderet, iuri civili Iustinianum, arithmeticae Pythagoram, dialecticae Aristotelem, rhetoricae Ciceronem etc., Priscianum dignum visum esse, qui artis grammaticae vices ageret.

Sed missis his, quae augeri facile possunt, pauca de ipsa hac editione addenda sunt. cui praeter apparatus criticum amplos addere commentarios eo minus ex re visum est, quod ipsos reliquorum grammaticorum locos ad singulas materias a Prisciano tractatas spectantes indicabunt indices, quos singulis auctoribus per totum hoc grammaticorum Latinorum corpus addendos curabit Keilius,

120 v. the Latin poems commonly attributed to Walter Mapes ed. Th. Wrightius Londin. 1841 p. 3 cf. *ibid.* p. 171 carminis de concubinis sacerdotum circa annum 1215 compositi initium: Prisciani regula penitus cassatur, 'Sacerdos' per 'hic' et 'haec' olim declinabatur [*f. declinatur*]: Sed per 'hic' solummodo nunc articulatur, Cum per nostrum praesulem 'haec' amoveatur .121 Adolfus fabula XI ap. Leyserum hist. poet. med. aev. p. 2035 (1135), ubi pro 'Paulo, Helia' Petri Heliae nomen substituendum esse perspexit Guill. Giesebrechtius, cui huius loci notitiam debeo. idem me docuit Adolphi fabulas non ad annum 1315 pertinere, quae est sententia Leyseri p. 2007 et Bädingeri in comm. ex act. class. phil. hist. acad. Vindob. vol. XIII p. 314 sqq. seorsim expressa über einige Reste der Vagantenpoesie in Oesterreich, Vindob. 1854 p. 21, sed ad annum 1235. de Vlrico cf. eundem Bädingerum l. c. p. 22 sq., de Adolfo Leyserum p. 2007 sqq. Priscicus autem nemo est nisi Priscianus, qui alibi Priscius nominatur, veluti in Hugonis Trimbergensis registro multorum auctorum, ubi codicis periegesis Priscianae mentione allata, Prisciani a fide Christiana defectio depuratorum cf. Hauptium Berichte der preuss. Akademie der Wissensch. 1854 p. 147

122 v. le rime di F. Petrarcho ed. L. Carrerius Patavii 1837 II 691:

Grammatica era prima in questo pianto

E con lei Prisciano ed Vgoccione,

Papia, Grecismo e Dottrinale;

Dicendo: car figliuol, tu amasti tanto

La mia scienza fin picciol garzone

Ch'lo non troval a te alcuno eguale etc.

ipsis his et reliquis Prisciani libris addet Guilelmus Hirschfelderus. ubicumque tamen vel critica quaedam difficultas vel quaestio quaedam ad literas spectans interpretationem aliquam grammaticam vel historicam exigebat, verbis non anxius peperi, sed Syriae istius sententiae memor:

Semper vocis et silenti temperamentum tene addidi, quae lectorum commodis prospectura esse putarem. quae de scriptoribus a Prisciano laudatis passim adicienda erant, primo quoque, quo singuli nominantur, loco attuli. ad notas criticas intellegendas ne Oedipo opus esset, sedulo cavi. monendum tamen est, cum asteriscos totidem literas vel deletas vel erasas notare, literas inductas illis postpositas eas, quae ante emendationem vel lituram adfuerint, tum notam codicis alicuius addita nota manus secundae eiusdem libri denotare, ea, quae in lectione allata ex emendatione profecta sint, alteri manus debere, veluti ‘^oapponere *Rr*’ significat, pr. m. cod. *R* lectionem ‘^oapponit’ ab altera in ‘^oponere’ mutatam esse, ‘^oeius ^{dem} *Rr*’ pr. m. ‘^oeius’ praebere, alteram ‘^oeidem’ inde effecisse. ubi aptius videbatur, inprimis ubi alterutra manus cum aliis libris congruebat, discrepantes utriusque manus lectiones separatas posui. sic etiam in librorum compendiis vel depingendis vel plenis literis exprimendis quod cuius loco convenientissimum videretur repraesentandum curavi. ubicumque vero inter varias lectiones sola m. alicuius secundae nota comparet, prior cum lectione recepta congruit; ubi tamen illi vel ‘ex corr.’ vel ‘in litura’ additum est, quid pr. m. scriptum fuisset dignosci non potuit. uncin] nota post lectionem aliquam posita indicat, eam sic supra legi. quae lectio ita semper firmatur iis codd., quorum varia lectio addita non est, ut et litterae v in codd. plerumque per u vocalem expressae et literarum initialium maiorum minorumve ibi indicandarum rationem non habuerim. id etiam addendum est, in libris meis omnibus Graeca literis maiusculis sine accentibus scripta esse. itidem in Latinis, ubi ex sensu Prisciani addendae erant, tacite addidi et quantitatis et accentuum notas, quarum vestigia in libris raro apparent. paragraphi Krehlianæ servatae sunt, paginarum et Putschianarum et Krehlianarum numeris in superiore singularum paginarum margine adiectis: in ipso contextu hae simplici lineola |, illae duplici || distinctae.

Quod ad orthographiam denique attinet in scribendis locis scriptorum et a Prisciano ipso excerptis et ex aliorum grammaticorum artibus translatis orthographiae vetustioris vestigia, ubicumque ea offendebam, religiose servavi; per Prisciani verba regulas ab ipso satis plene propositas secutus sum, librorum varietate ubique indi-

cata. ubi tamen ille aut tacet aut sibi ipse non constat, ad optimarum et Priscianearum et reliquarum membranarum, quae illius aetatis usum scribendi repraesentant, fidem me applicavi, veluti vel tacite 'diminuo, diminutivum' scripsi propter lib. XIII § 54, non 'dimminuo' propter lib. I § 41; 'abicio, inicio' etc. coll. lib. X § 3, non 'abiicio, iniicio' ob lib. III § 17; neque ab ipso Prisciani usu me recessisse, quod m ante q scripserim non n, censeo coll. lib. I § 38, ubi Plinii ratio consuetudini videtur opponi. nonnullas et vulgares et frequentes discrepantias hic annotasse sufficet. sic 'litera' libris alteram scribendi rationem plerumque offerentibus dedi ob veriloquium lib. I § 3 XVII 2, 'Virgilius' illis fluctuantibus ex eadem ratiocinatione coll. lib. III § 31; tum semper scripsi 'Sallustius', 'Sulla', 'Titinius', 'neglego', 'intellego', 'epistula', 'quattuor', 'auctor', 'paene', 'paenultima', pro quo voc. codd. praesertim Scotici non tantum 'penultima', sed etiam 'peneultima' et 'peniultima' exhibent, variis lectionibus sollemnibus non minus notatis quam vel constanti aliquot librorum, inprimis *AD*, e pro ae usu vel codd. in vocabulis ad artem spectantibus sive rationibus sive erroribus sensitens. repetitis, quorum aliquotiens per initium exemplis propositis, tacite deinde exprimi iussi: 'diphthongus', 'patronymicus', 'syncope', 'apocope', 'synaeresis', 'synaloephe' 'elementum', 'syllaba', 'disyllabus', 'trisyllabus', 'genetivus', 'derivativus'. nec in ipsis Prisciani verbis codicum in praepositionibus per voces compositas sive integris servandis sive assimilandis inconstantiam nec Scoticorum inprimis librorum discrepantias in vocabulis aliquot frequentissimis per totum opus enotandas duxi, veluti 'dissino' ibi invenitur et 'dissino', 'accussativus', 'ussus', 'divissio' etc., 'possesivus', 'pasivum' etc., 'mutta', 'motare', 'sopinum', 'commone' etc., 'bocolico', 'longua', 'iunguo' etc., 'verbialia', 'participalia', 'semplex'. at vel his ita profligatis vereor, ne nimis anxie res pusillas constanti accuratione prosecutus sim. sed malo diligentia peccare quam socordia.

Scr. Berolini d. III m. Maii a. MDCCCLV

SVBSIDIORVM CONSPECTVS

I codicum

1 per libros I—XVI v. p. X — XVIII

- R* cod. bibl. imp. Paris. 7496
P " " " " 7530
B " " publ. Bambergensis
D " " publ. Bernensis, olim Bongarsianus
H " " gymn. Halberstadiensis, Lutherius Krehlii
A " " publ. Amienensis
G " " conventus Sangallensis
L " " publ. Lugd. Bat. olim Gruterianus
K " " Carolinhensis 223

de codd. praeterea in auxilium vocatis cf. p. XX sq.

2 per libros XVII et XVIII v. p. XXI — XXIII

RPDGL v. supra

V cod. bibl. Lugd. Bat. olim Vossianus

M " " Monac. 280 A

O " Parisinus 7499

N " bibl. palat. Vind. CCCCXLVIII

S " " " " CCCXLVII

C collatio Scaligerana

rpbdhaglkvm eorundem librorum manus alteras significant.

II editionum v. p. XXIII—XXVII

1 ed. (Veneta) a. 1470

2 ed. Veneta a. 1472

3 ed. Veneta a. 1492

μ ed. Mediolan. a. 1511

π ed. Ascensiana Paris. a. 1516

α ed. Aldina Veneta a. 1527

\ast ed. Coloniensis a. 1528

β ed. Basileensis a. 1545

Putsch. ed. Putschiana a. 1605

Krehl. ed. Krehliana a. 1819 sq.

de rell. notis ad comm. crit. adhibitis v. p. XXXII; de uncis et rotundis et quadratis p. XXVIII; signa codd. eorum auctorum, quorum apud Priscianum menti q̄ fit, ea elegi, quae a quovis harum rerum perito per se intellegi possent cf. p. XXVIII.

PRISCIANVS CAESARIENSIS GRAMMATICVS

IVLIANO CONSVLI AC PATRICIO.

p. 533/4 ed. Putsch.

p. 3. 4 ed. Krehl.

Cum omnis eloquentiae doctrinam et omne studiorum genus sapientiae luce praefulgens a Graecorum fontibus derivatum Latinos proprio sermone invenio celebrasse et in omnibus illorum vestigia liberalibus consecutos artibus video, nec solum ea, quae emendate ab illis sunt prolata, sed etiam quosdam errores eorum amore doctorum deceptos imitari, in quibus maxime vetustissima grammatica ars arguitur peccasse, cuius auctores, quanto sunt iuniores, tanto perspicaciores, et ingeniis floruisse et diligentia valuisse omnium iudicio confirmantur eruditissimorum — quid enim Herodiani artibus certius, quid Apollonii scrupulosis quaestionibus enucleatius possit inveniri? — cum igitur eos omnia fere vitia, quaecumque antiquorum Graecorum commentariis sunt relicta artis grammaticae, expurgasse comperio certisque rationis legibus emendasse, nostrorum autem neminem post illos imitatore[m] eorum extitisse, quippe in negligentiam ca-

Institutio prisciani de arte incip[er]e grāmatica . . . priscia caesariensis grāmatica iuliano consuli ac patricio *G* Incipit institutio prisciani viri disertissimi caesariensis doctoris urbis romae constantinopolitane iuliano consuli ac patricio de arte grammatica . . . *K* Incip[er]e prisciani uolum[en] maius *m. rec. (x)*, quae fol. 1^a conscripsit, in *H. inscriptio- ne carent A et, primo quaternione amisso, B, qui liber nunc inc. a verbis lib. I § 36* *ov* corripientes uel magis *v* grammaticus *L*

1 aeloquentiae *D* 2 deriuatū *ADGK et sic saepe libri* 3 caelebrasse *D* eorum *x* liberalibus *GK* consequutos *D* 4 nec in his solum *GL* nec solum in his *K* ea *om. ADHGLK* emendata in emendatae *corr. L* prolata] sic, in *margin. add.* uel stricta *R* scripta *rell.* 5 etiam deceptos quosdam *K* amore graecorum doctorum *GLK* deceptos *om. K* 6 maxime] maxime graeca *GLK* maxime graeca *d* uetustissima *R* ars] arte *RAD* num arte arguitur peccatum esse? 7 perspicaciores *ADL* et diligentia ualuisse *h. l. om. GL* et diligentia — eruditissimorum *om. D* diligentia *K* diligentia *x* 8 iudicio *A* confirmantur] a confirmatur *A* eruditissimorum et diligentia ualuisse *GL, restituit ord. l* quid Herodiani (*i. e.* quid enim rodiani) *ni fallor in loco valde detrito R* 9 Herodiani] d herodiani *D* certius *H* apollonii *L* apollonii *G* apollonii *D* scrupulosis] scrupulosis difficilibusque *K* scrupulosis difficilibus *G* scrupulosis difficilibusque *g* scrupulosis difficilibus⁹ *L* 11 Graecorum *om. ADx* gramatice comperio expurgasse *x* 12 comperio *R* rationis *ex* rationibus *corr. H* 13 exstetisse *G* extetisse *LK*

dentibus studiis literarum propter inopiam scriptorum, quamvis audacter, sed non impudenter, ut puto, conatus sum pro viribus rem arduam quidem, sed officio professionis non indebitam, supra nominatorum praecepta virorum, quae congrua sunt visa, in Latinum transferre sermonem, collectis etiam omnibus fere, quaecumque necessaria nostrorum quoque inveniuntur artium commentariis grammaticorum, quod gratum fore credidi temperamentum, si ex utriusque linguae moderatoribus elegantiora in unum coeant corpus meo labore faciente, quia nec vituperandum me esse credo, si eos imitor, qui principatum inter scriptores Graecos artis grammaticae possident, cum veteres nostri in erroribus etiam, ut dictum est, Graecos aequiperantes maximam tamen laudem sunt consecuti.

Exemplum etiam proponere placuit, ne pigeat alios etiam a me vel ignorantia forte praetermissa vel vitiose dicta, — nihil enim ex omni parte perfectum in humanis inventionibus esse posse credo, — sua quoque industria ad communem literariae professionis utilitatem congrua rationis proportione vel addere vel mutare tractantes. namque festinantius quam volui hos edere me libros compulerunt, qui alienis laboribus insidiantes furtimque et quasi per latrocinia scripta aliis subripietes unius nominis ad titulum pertinentis infanda mutatione totius operis in se gloriam transferre conantur. sed quoniam in tanta operis materia impossibile est aliquid perfectum breviter exponi, spatii quoque veniam peto, quamvis ad Herodiani scriptorum pelagus et ad eius patris Apollonii spatiosa volumina meorum compendiosa sunt existimanda scripta librorum.

Huius tamen operis te hortatorem sortitus iudicem quoque facio, Iuliane consul ac patricie, cui summos dignitatis gradus summa adquisivit in omni studio ingenii claritudo, non tantum accipiens ab excelsis gradibus honorum pretii, quantum illis decoris addens tui, cuius mentem tam Homeri credo quam Virgilii anima constare, quorum uterque arcem possederat musicae, te tertium ex utroque compositum esse confirmans, quippe non minus Graecorum quam Latinorum in omni doctrinae genere praefulgentem. || tibi ergo hoc opus devoceo, omnis eloquentiae

1 lytterarum *G* quā^{uis} audaciter *R* 3 offitio *A* 4 uissa *A* 7 elegantiora] d' elegantiora *AGDL* 8 quia *om.* *AL* *add.* l a perandum me esse *inc. fol. 1^b et man. ant. in H* me *om.* *GL* *add.* l 9 imiter *L* graios *ex* gratios *corr.* *R* grecos *D* grammaticae artis *GL* 10 ueteris *A* 11 aequiperantes *H* sunt laudem *ADH*

12 etiam] quoque *AD* 13 ignorantia *L* uel etiam uitiose *GL* nil *D* 14 credo esse inventionibus posse *ADH* 15 professionis *L* 16 motare *GK* *et sic saepe hi libri* festinatius *L* 17 aedere *G* libros me *GL* 18 latrocinia *H* surripientes *GLK* nominis unius *K* 20 quā *H* operis *add.* l materia] l materie *L* 21 erodiani *R* 22 pelages in pelagus *corr.* *D* paris d' appollonii *DHGK* appollinii *k* 23 si^{nt} *D* existimanda in *ras.* l 24 ortatorem *H*

25 adq̄ssluit *L* adq̄siuit *L* adquesiuit *K* 26 excipiens *G* 27 ꝑeci *R* praetii *A* praecii *H* 28 animo *GLK* 29 possederet *K* musicae, te tertium ex utroque] r musicae. Tertium in utroque *R* copositum *G* esse ego *ALK* 31 genere *om.* *H* *add.* h opus hoc *H* post opus *add.* quasi ad deum *GL* quasi Deo

p. 535/6 P.

p. 6-8 K.

praesul, ut quantumcumque mihi deus annuerit suscepti laboris gloriam, te comite quasi sole quodam dilucidius crescat.

Titulos etiam universi operis per singulos supposui libros, quo facilius, quicquid ex his quaeratur, discretis possit locis inveniri.

5 Primus liber continet de voce et eius speciebus; de litera: quid sit 5 litera, de eius generibus et speciebus, de singularum potestate, quae in quas transeunt per declinationes vel compositiones partium orationis.

Secundus de syllaba: quid sit syllaba, quot literis constare potest et quo ordine et quo sono, de accidentibus singulis syllabis; de dictione: quid 10 sit dictio, quae eius differentia ad syllabam; de oratione: quid sit oratio, quot eius partes, de earum proprietate; de nomine: quid sit nomen, de accidentibus ei, quot sunt species propriorum nominum, quot appellativorum, quot adiectivorum, quot derivativorum; de patronymicis: quot eorum 15 formae, quomodo derivantur, ex quibus primitivis; de diversis possessivorum terminationibus et eorum regulis.

Tertius de comparativis et superlativis et eorum diversis extremitatibus: ex quibus positivis et qua ratione formantur; de diminutivis: quot eorum species, ex quibus declinationibus nominum, quomodo formantur.

Quartus de denominativis et verbalibus et participialibus et adverbialibus: 20 libus: quot eorum species, ex quibus primitivis, quomodo nascuntur.

Quintus de generibus dinoscendis per singulas terminationes; de numeris; de figuris et earum compage; de casu. |

Sextus de nominativo casu per singulas extremitates omnium nominum, tam in vocales quam in consonantes desinentium, per ordinem; de 25 genitivorum tam ultimis quam paenultimis syllabis.

Septimus de ceteris obliquis casibus, tam singularibus quam pluralibus.

K aeloquentiae presul D 1 quantumcumque H deus mihi L suscepti laboris] h susceptoris H 2 sole quodam] l quodam sole GL delucidius GLK 3 subposui A quo] quos R quo et uel ut r 4 post inueniri: fuit pr. Incip cap add. g 5 huius GL eius peciebus H et quid GL 6 de huius G quae et in GLK 7 vel] et K 8 sillaba L et sic saepe codd. et quot K quot] quod R 9 ordine et quo sono A accedentibus L accentibus RD syllabis singulis K 10 defferentia K differentia sit ad L 11 quot] quod R quot sunt eius K et de GLK eorum H proprietate] proprietate hoc est praenomen cognomen et agnomen, add. gloss. ad vocc. sqq. quot sunt species propriorum nominum pertinente, R proprietate et ordinatione DL proprietate et de ordinatione GK 12 accedentibus L ei om. G eius AL quod R quod R appellativorum A 13 quot adiectivorum R quod R quot derivativorum om. H dirivatorum A patronimicis L patronimicis RADGKH et sic et similiter in libris saepissime est peccatum quod R 14 et ex AH et ex L 15 et eorum] sic in litura ni f. G et de g 16 et superlativis om. R 17 possitivis G firmantur K de diminutivis] h Diminutivis H diminutivis GL ex diminutivis corr. in L quod R 18 species A quibus primitivis declinationibus H 19 de om. R uerbalibus DH in uerbalibus corr. in H aduerbialibi quod R 20 speties. A 21 denoscendis K dinocendis D 22 casu om. R 24 disinentium G 25 genitivorum RDGLK et sic persaepe singuli libri penultimis G penultimis in penultimis corr. L 26 caeteris L obliquis in obliquis corr. G tam in GK quam in GK

Octavus de verbo et eius accidentibus.

Nonus de regulis generalibus omnium coniugationum.

Decimus de praeterito perfecto.

Vndecimus de participio.

Duodecimus et tertiusdecimus de pronomine.

Quartusdecimus de praepositione.

Quintusdecimus de adverbio et interiectione.

Sextusdecimus de coniunctione.

Septimusdecimus et octavusdecimus de constructione sive ordinatione partium orationis inter se. | ||

10

1 et de eius *H* accidentibus] *d* accedentibus *D* 3 post perfecto *add.* et praeterito perfecto primae et secundae coniugationis *h* 4 participatio *D* participio cum accidentibus *GL* 5 de pronomine et tertiusdecimus *R* 6 propositione *d* 7 interiectione *R* 9 ordinatione omnium partium *K* post inter se: explicativ .. *g*

LIBER PRIMVS.

p. 537 P.

DE VOCE.

p. 9 K.

Philosophi definiunt, vocem esse aerem tenuissimum ictum vel suum I 1
sensibile aurium, id est quod proprie auribus accidit. et est prior definitio
a substantia sumpta, altera vero a notione, quam Graeci *ἔννοιαν* dicunt,
hoc est ab accidentibus. accidit enim voci auditus, quantum in ipsa est.

5 Vocis autem differentiae sunt quattuor: articulata, inarticulata, literata,
illiterata. articulata est, quae coartata, hoc est copulata cum aliquo sensu
mentis eius, qui loquitur, profertur. inarticulata est contraria, quae a nullo
affectu proficiscitur mentis. literata est, quae scribi potest, illiterata, quae
scribi non potest. inveniuntur igitur quaedam voces articulae, quae pos-
10 sunt scribi et intellegi, ut:

Arma virumque cano,

quaedam, quae non possunt scribi, intelleguntur tamen, ut sibi hominum
et gemitus: hae enim voces, quamvis sensum aliquem significant proferentis
eas, scribi tamen non possunt. aliae autem sunt, quae, quamvis scribantur, 2
15 tamen inarticulae dicuntur, cum nihil significant, ut 'coax', 'cra'. aliae |

DE VOCE *RH* INCIPIT LIBER PRIMVS. DE VOCE *L* INCIPIT LIBER DE VOCE ET LITTERA
A INCIPIT. ARS PRISCIANI GRAMMATICI CAESARIENSIS DE VOCE *D* INCIPIT ARS PRISCIANI GRAMMATICI
CAESARIENSIS LIBER PRIMVS DE VOCE ... *G* incipit ars prisciani grammatici caesariensis
liber primus de voce. *K*

1 definiunt *GLK* suum sensibile] sic ex corr. l sonum sensibilem *GK* et, ni
f., *L* 2 proprie] *r* propriae *R* definitio *GLK* 3 notione] l notitione *G* no-
tatione *LK* uel notatione *g* ennoian *A* hnoian *G* hnoyan *L* 4 accedentibus
L enim om. *DL* add. *dl* uox auditui ex corr. l ipso ex corr. l ipsa
est] *d* ipsa voce est *D* 5 differentiae *G* quatuor *G* 6 illiterata om. *R* inlit-
terata *Dr* 7 contraria uox quae *GL* 8 mentis proficiscitur *GL* Littera *H* quae]
d que *D* Inlitterata *RD* Illitterata *r* est que scribi *D* 11 *Verg. Aen. I* l

12 quedam que *D* quedam quae *d* scribi¹⁰ intelliguntur *Ll* post tamen add.
ab ipsis proferunt eas *R* del. *r* sibi *g* 13 hae enim] *r* Haenim *R* enim]
autem *G* significant *L* significant l 14 sunt uoces quae *K* 15 inarticulae]
r inarticulae *RH* dicuntur] sunt *GL* significant *GL* coax *cr*] *g* corax *cr* *GL*
cr] *dl* uel *crax d* *crax K* post *cr*. add. eas enim uoces quanquam (quam-
quam *K*) intelligimus de quo sint uolucere (uolucere l uolucrae *L*) profectae tamen in-
articulae dicuntur, quia uox ut superius (·i· dixi add. *g* diximus *K*) inarticulata
est quae a nullo affectu proficiscitur mentis *GL* et in schedula quadam codici insuta,

vero sunt inarticulatae et illiteratae, quae nec scribi possunt nec intellegi, ut crepitus, mugitus et similia. scire autem debemus, quod has quattuor species vocum perficiunt quattuor superiorum res differentiae generaliter voci accidentes, binae per singulas invicem coeuntes. 'vox' autem dicta est vel a vocando, ut 'dux' a duceudo, vel ἀπὸ τοῦ βῶν, ut quibusdam placet. 5

DE LITERA.

II 3 Litera est pars minima vocis compositae, hoc est quae constat compositione literarum, minima autem, quantum ad totam comprehensionem vocis literatae — ad hanc enim etiam productae vocales brevissimae partes inveniuntur — vel quod omnium est brevissimum eorum, quae dividi possunt, id quod dividi non potest. possumus et sic definire: litera est vox, 10 quae scribi potest individua.

Dicitur autem litera vel quasi legitera, quod legendi iter praebeat, vel a lituris, ut quibusdam placet, quod plerumque in ceratis tabulis antiqui scribere solebant. literas autem etiam elementorum vocabulo nuncupaverunt ad similitudinem mundi elementorum: sicut enim illa coeuntia omne 15 perficiunt corpus, sic etiam haec coniuncta literalem vocem quasi corpus aliquod componunt vel magis vere corpus. nam si aer corpus est, et vox, quae ex aere icto constat, corpus esse ostenditur, quippe cum et tangit aurem et tripertito dividitur, quod est suum corporis, hoc est in altitudinem, latitudinem, longitudinem, unde ex omni quoque parte potest audiri. 20 praeterea tamen singulae syllabae altitudinem quidem habent in tenore, crassitudinem vero vel latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore.

Litera igitur est || nota elementi et velut imago quaedam vocis literatae, quae cognoscitur ex qualitate et quantitate figurae linearum. hoc ergo interest inter elementa et literas, quod elementa proprie dicuntur ipsae pro- 25

add. nota m. aequalis sed in libro romano non habetur *K* alia] *r* alia *R* .1 et
 aequae lapsus esse arbitror atque infra § 15, ubi derivativa in 'monium' tractantur,
 quae huc pertinent 24 Quaedam enim uocalem i habent ante tum (uocalem habent ante
 um 3 μπ) quaedam consonantes. I (1 om. μ) ut augurium — habent formas. Quae-
 dam enim e longam habent (habent e longam edd.) ante tum ut oliuetum — id est πει-
 κτωνά cod. Lips. 2 teste Krehlio, eianque ordinem sequuntur edd. ante α, Krehlius. Quae-
 dam enim uocalem habent e longam ante tum, quaedam i correptam ante um: e, ut
 oliuetum etc. αβγ Putsch. 25 olenetum G coriletum HGKr 26 aesculetum R mir-
 tetum RAGHK femino K Plaut. vidul. fr. 2 p. 441 Both. 27 in vidularia]

Nescio qui servus e myrteta †prosiluit -,
 quae sunt continentia vel comprehensiva, id est περιεκτικά. i, ut 'augu-
 rium', 'solarium', 'pomarium', 'solacium', 'savium', 'basium', 'odium',
 'remedium', 'concupium', 'Palladium', 'officium', 'conubium', 'convivium',
 'exilium', 'consilium', 'indicium', 'meritorium', 'municipium',
 'praesidium', 'domicilium'.

Consonantes quoque ante 'um' habentia [derivativa] diversas habent formas.

- 13 Alia enim in 'bulum' desinunt, quae forma assimilis est diminutivis, et veniunt a nominibus vel a verbis, ut 'cuna cunabulum', 'Vesta' vel 'vestis vestibulum', 'tus turis turibulum', 'voco vocas vocabulum', 'concilias conciliabulum', 'stas | stabulum', 'pasco pabulum', 'prosto prostibulum', 'patior' vel 'pateo patibulum'. et attendendum, quod paeuultima in omnibus corripitur, antepaeuultima vero, si i habeat, corripitur: 'vestibulum', 'prostibulum', 'patibulum', sin vero a, producitur: 'cunabulum', 'vocabulum', 'conciliabulum', 'pabulum'. excipitur 'stabulum', quod corripit a; nec mirum, cum verbum quoque 'stabulo stabulas' eandem corripuit syllabam et 'stabilis' et 'status' et quaecumque a verbo 'sto stas' derivata fuerint. (excipitur 'stamen' et 'statura', quod tam nomen quam participium est. Lucanus in III: 20

lassant rumpentes stamina Parcas.

idem in II:

Vanaque percussit pontum Symplegas inanem
 Et statura redit.

om. L ^{aulu} uicularia Rr utularia AH uidulario K 1 quis LKdh mirteta HK
 mirtea Gg myrtheta A prosilit Bothius 2 contentia G comprehensia DHL περιεκτικά] 2 (voc. Gr. lac. rel. indic. 1) περιεκτικά Monac. m. alt. periecti** H periectia RDGLKk Monac. vel proiectia d proiectia A περιληπτικά vertit Prisc. lib. V § 55 i om. RAD augurium L 3 solatium AH suanium ALK et in litura h hodium K 4 convivium] conuicium L 7 deriuatua om. D 9 adsimilis GH similis D 10 uel uerbis LK 11 uoco om. G concilio concilias DL concilio. as K 12 sto stas DL sto. as K pabulum] r papulum R paulum K 13 uel pateo patibulum ex patibulum uel pateo restit. K attendendum RA in nominibus G in ***** omnibus (ultima) L 14 corripitur turibulum vestibulum h ut vestibulum D vestibulum: patibulum A 15 ut cunabulum A abulum G 17 *oque Dd corripit Rh 18 stas nomina deriuata ADGL 19 et stamen et A stamen statura H 20 est om. A Luc. Phars. III 19 III scripsi VI (sexto D) libri; scribendum quis suspicetur Lucanus in VI (v. 777): Tristia non equidem Parcarum stamina, dixit, idem in III: lassant etc. 21 lassant] Lucanus lazant R laxant r rell. cum nonnullis codd. Lucani, quod a Prisc. archetypo alicum fuisse ex cod. R lectione colligas ^{uel ao} parcas Gg parcae LK 22 Id est A Luc. Phars. II 718 sq. II scripsi VII (septimo D VII r) libri 23 Vanaque] uanaquae A uanaque G et, in uanaque corr., Luc. Voss. B una L percussit] d percussit DGK simplegas D symlegas K symflegas k 24 statura] r sat tura R

p. 626. 26 P.

p. 148. 49 K.

'stāturus' quoque et 'stāturum' producuntur, quamvis 'stātus stāta stātum' corripiuntur. idem in X:

zephyros quoque vana vetustas

His adscripsit aquis, quorum stata tempora flatus.)

5 inveniuntur etiam quaedam in 'culum' desinentia, quae a secunda deri-III14
vantur persona, ut 'devertis deverticulum', 'verris verriculum', 'perior per-
riris' (unde 'peritus') 'periculum', 'oras oraculum', 'propugnas propugna-
culum', 'obstas obstaculum', 'miraris miraculum', 'perpendis perpendi-
culum'. a simplici quoque, quod in usu non est, 'specio specis specu-
10 lum' pro 'speciculum' per syncopam 'ci' euphoniae causa. similiter a 'fero
fers' 'ferculum'.

Alia vero in 'mentum' desinunt, quae plerumque a verbis veniunt:
'vestio vestis vestimentum', 'hortor hortaris hortamentum', 'orno ornas
ornamentum', 'sacro sacras sacramentum', 'fundo fundas fundamentum',
15 'moneo monitus monimentum', 'alo alis alimentum', 'increSCO incremen-
tum'. | et sciendum, quod antepaenultimam productam habent vel correptam, 15
prout sint paenultima syllabae praeteriti temporis eorum verborum,
ex quibus derivantur: 'ornāvi' vel 'ornātus ornāmentum', 'monui monitus
monimentum', 'alui alitus alimentum', 'incrēvi' vel 'incrētus incrēmentum',
20 'munivi munitus munimentum', 'fulcivi fulcimentum'. in 'monium'
etiam inveniuntur derivativa, i correpta antecedente, ut 'patri patrimon-
nium', 'matri matrimonium', 'testi testimonium'.

Sunt alia in 'um' participiis similia, ut 'factum', 'tectum', 'dictum',
'visum', alia quae a verbis derivantur o in 'um' convertentia: 'regno reg-
25 num', 'velo velum', 'stagno stagnum', 'vado vadum'.

In 'en' desinentia derivativa m antecedente paene omnia verbalia sunt 16
et neutra, et si sint a prima coniugatione, a longam habent paenultimam,

2 corripiuntur] *k* corripiantur *DHK* et ex corripuntur *mut. A* corripitur *G* [•] *Luc.*
Phars. X 239 sq. 3 zephyros *ADHL* et sic *Luc. Voss. uterque sephiros G* se-
pheros *K* 4 ascripsit *DGLKr* ascripsit *Luc. Voss. B* ascribit et ascribit *aliquot*
codd. Luc. aquis *om. Luc. Voss. B, add. m. alt.* stata ** *K* 5 quaedam
etiam *K* 6 persona] uerborum persona *RDLK* devertis deverticulum] *d* di-
uertis diuerticulum *ADGh* verris verriculum] *ex* uerriculum uerris *restit. L* uerti-
culum *A* peris periculum ante perior *add. K* perior — periculum] peris *D*
peririris *R* perieris ***** uude (periculum) *L* 7 oro. as *K* 8 perpendi-
colom *Aa* 10 pro ^{ci}speculum *Aa* syncopam abiecta *ci L* euphoniae causa *ab-*
iecta. similiter *K* 13 ut uestio *G* horno hornas hornamentum *Dd* 14 fundis
Rr 15 monitus] *r* mones *R* alio *Rr* alimentum *Dd* 18 ut ornaui *h* ut
ornaui (h) *D* ornementum *Hh* moneo monitus monimentum] *ex* monimentum mo-
neo monitus *corr. L* uel monitus *D* 19 monimentum] *k* monumentum *K* uel ali-
tus *D* 20 moniui monitus *Kk* uel munitus *D* falciui falcimentum *Kk*
21 diriuata *A* 23 participiis *Gg* dictum tectum *G* 24 ut regno *A* 26 de-
sinentia *om. A* uerbali *Hh* 27 coniugatione *G* habent longam *R*

ut 'solor solaris solāmen', 'foro foras forāmen', 'curvo curvas curvāmen', 'oblecto oblectas oblectāmen', 'purgo purgas purgāmen', 'irrito irritas irritāmen', 'ligo ligas ligāmen', sin a secunda vel tertia, i habent correptam, ut 'moneo mones monīmen', 'rego regis regīmen', 'tego tegis tegīmen' et per concisionem 'te||gmen', a 'specio specis' vel 'specie specimen', vel u productam, si in 'uo' desinit verbum: 'acuio acūmen', 'fluo flūmen', 'nuo nūmen' ('numen' enim est dei nutus. unde Virgilius:

meo sine numine, venti,

id est sine meo nutu), 'luo lūmen' (quo omnia abluuntur, id est purgantur a tenebris). a verbis vero quartae venientia i productam habent: 'munio munīmen', 'lenio lenīmen', 'molior molīmen'. pauca inveniuntur in 'en' derivativa generis masculini: a pectendo 'pecten', | a filo 'filamen', quod per syncopam i 'flamen' dicimus. et a canendo tamen composita masculina sunt, quae in 'cen' desinentia i correptam habent paenultimam: 'tubicen', 'cornīcen', 'fidīcen'. excipitur unum 'tibīcen', quod ideo solum i productam habuit paenultimam, quod synaeresis facta est duorum i brevium in unam longam. debuit enim i geminari, quia solet plerumque in compositione a in i converti, ut 'cado incido', 'facio inficio', 'iacio iniicio, reiicio', 'amicus inimicus', 'tuba tubicen'. sic ergo 'tibia' 'tibiicen' faciebat, ex quo factum est 'tubicen'. (nec solum i, sed aliae quoque vocales in multis dictionibus sic solent ex duabus syllabis in unam longam transire, ut 'biūgae bīgae', 'quadriūgae quadrīgae', 'biuni bīni'. et ex contrario una longa in duas breves saepe solet tempo-

3 sin a K 4 monimen*** (tum) H monimen et monumentum LK rego regis om. L
regimen et regimentum GL regimen regimentum K tegō . gis . men . mentum K
5 tegimen et tegimentum et GL concisione R concissionem AL tegmen] teg-
mina L a specio. specis vel specie] r aspicio aspicias uel a specie R aspicio aspi-
cies uel species L a specie A 6 ut acuio AD 7 est om. G dei] g dici

ni f. G notus quare numen dicitur Rr Verg. Aen. I 133 post Virgilius: in i

add. G in primo aeneidos D 10 sine nutu Gg 11 uero om. A ut munio Dr

munio munio munimen lenio lenio lenis lenimen molior molimen L .munio . is

munimen lenio .is. lenimen molior .ris .līmen K 13 deriuata L ut a ADH
hic pecteu Rr 14 i om. G flamen] r flamen hoc R composita R 16 tu-

bicen liticen cornicen AD 17 in penultima K sinhaeresis Rr sinhaeresis ADH
sinarisis GK sinhaeressis L 18 duorum ii RH duorum si (i) D quia] quod K

20 iacio ex gatio corr. r iniicio reiicio] r inicio reiicio RD iniicio reiicio H

t i subacen Rr tubicen Hh post tubicen: sic ergo — tibicen om. L
add. l 21 tibiicen] r tibicen RA faciebant R et in faciebat corr. H

23 post transire: ut biūgae .ii. excluditur et duo ii in unam longam con-
uertuntur. add. H biūgae] bīgae GK quadriūgae] quadrīgae GK

biuni] bi-uni h bis unī ADr et ni f. in litura H In b's unī R 24 e r una
in marg. add. H

p. 627. 26 P.

p. 150. 51 K.

ribus dividi: 'admittĭer' pro 'admittĭ', 'fĭeri' pro 'firi' vel 'fire', quod magis analogum est, unde Virgilius in III georgicon:

At suffire thymo cerasque recidere inanis
Quis dubitet?)

5 In 'ar' desinentia derivativa si consonantem habeant ante 'ar', paenultima syllaba producitur, sin vocalem, corripitur, ut 'caesus Caēsar', 'lācus lacūnar', 'lupa lupānar', 'laqueus' autem 'laquēar'.

In 'er' derivativa a nominibus pleraque s et t habent ante 'er': 'eques equester', 'pedes pedester', 'silva silvester', 'campus campester', 'apium 10 apiaster', 'olea oleaster'. et sciendum, quod a habent ante 'ster', cum in nomine primae positionis nulla sit consonans inter vocales paenultima et ultimae syllabae, ut 'apium apiaster', 'olea oleaster'. || diminutiva quoque huiuscemodi formae, de quibus iam diximus, a habent ante 'ster': 'parasitaster', 'Antoniaster', 'Catulaster'. alia vero omnia e habent ante | 15 'ster' excepto 'paluster'. et haec quidem denominativa sunt. sunt autem verbalia, quae verborum consonantem servant ante 'er': 'rubeo ruber' - Horatius in I sermonum:

Obscenoque ruber porrectus ab inguine palus -,
'piget piger', 'macero macer'.

20 In 'or' et in 'ur' a verbis invenio fieri abiectioe o, ut 'coloro color', 'laboro labor', 'honoro honor', 'decoro decor', 'adoro ador', 'murmuro murmur', 'auguro augur', 'saturō satur': hoc tamen facit et femininum 'satura' et neutrum 'saturum'. alia vero in 'or' desinentia assumunt verbo r: 'amo amor', 'furo' (unde 'furens') 'furor'; alia a nominibus 19 25 vel participiis in 'us' desinentibus fiunt mutatione 'us' in 'or': 'senatus senator', 'dictatus dictator', 'tonsus tonsor'.

In 'as' pleraque denominativa sunt, quorum primitiva, si sint secundae declinationis, genetivo, sin tertiae, dativo assumunt 'tas', i paenultima

1 ut admittier *D* ut admittier *K* amittier *Rr* amittier pro amitti *L* amittier pro amitti *Gg* uel frae *K* 2 analogum (u) *R* analogia *A* analogiae *h* est *om.* *G*
Verg. georg. III 241 *sq.* cf. *lib.* VIII § 83 et X § 50 3 At] *h* *Ad* *H* *Aut* *Med.* At

suffire *add.* *r* sufferre *Rom.* suffire thymos *Med.* suffere fauos thymo *Pal.*
thymo *AD* timo *GL* tymo *K* caerasque *G* coerasque *K* cerasque *L* recedere
GLK inanes *ADHGLK* *Med.* 5 habent *D* 6 ut *om.* *LK* caesus *G*
8 ante *r.* *A* ut eques *D* 9 capester *A* apium apiaster *his scr.* *H*
10 olea *ex* oleum *corr.* *K* post ster: i e In primitivo *R*, quod gloss., ad *sqq.* in

nomine primae positionis *pertinens*, *uncia inclusit r* 12 et ultimae *add.* *g* ultima
Rr 13 forma *L* post ante ster: parasitaster — ante ster *om.* *R* *add.* *r* 14 parasitasunt (parasitast pro parasitast legens) *A* parasitaster surdaster antoniaster
Dh catullaster *r* habent *add.* *k* ante *add.* *l* 15 denominativa Sunt autem
L 16 ut rubeo *A* Horatius] *r* Oratius *RR* *Hor. serm.* I 8, 5 18 que
om. *L* inguine] *g* unguine *GK* iungine *L* 20 in ur] *h* ur *HL* 21 labor
roboro robor (robur *k*) honoro *K* decoro decor** (or) *H* odoro -or *K* mor-
muro mormur *G* 22 mormur *K* facit femininum *D* 24 ut amo *ADr* ferens
A 25 ut senatus *D* 26 questus *post* senator *add.* *L* certus certor questus
-or *add.* *K* dicatus dicator *A* dictator *add.* *r* 28 datiuo *A* tas] *d* as *D*

p. 628. 29 P.

p. 151. 52 K.

tima ubique correpta: 'probus probi probitas', 'novus novi novitas', 'honus boni bonitas', 'mendicus mendici mendicitas', 'asper asperi asperitas', 'prosper' vel 'prosperus prosperi prosperitas', 'integer integri integritas', 'sincerus sinceri sinceritas', 'sedulus seduli sedulitas', 'timidus timidi timiditas'. et notandum, quod, quae in genetivo duplicant i, extremam earum mutant in e euphoniae causa, ut 'pius pii pietas', 'medius medii medietas', 'anxius anxii anxietas', 'socius socii societas'. 'liber' quoque excipitur, quod nominativo assumpsit 'tas', non genetivo: 'libertas'. tertiae vero declinationis nomina dativo, sicut superius diximus, assumunt 'tas': 'capax capaci capacitas', 'tenax tenaci tenacitas', 'rapax rapaci rapacitas', 'procax procaci procacitas', 'felix felici felicitas', 'affini affinitas', 'infideli infidelitas', 'celeri celeritas', 'auctori auctoritas'. excipiuntur pauca, quae b vel p sine s habent ante 'er': haec enim nominativo assument 'tas', ut 'puher pubertas', 'uber ubertas', 'pauper paupertas'. sed hoc possumus etiam in secundae declinationis nominibus observare, ut supra dictum est. unde 'liber' 'libertas' facit, 'asper' autem et 'prosper', quia s habent ante p, 'asperitas' et 'prosperitas' faciunt. 'saluber' et 'salubris' facit nominativum ideoque 'salubritas' et 'celeber' vel 'celebris' 'celebritas'. 'vetus' quoque, quod unum trium generum in 'us' desinens invenitur, nominativo assumit 'tas': 'vetustas'. excipiuntur etiam haec, quae in 'or' desinentia mutaverunt 'or' in 'es' et assumpserunt 'tas': 'maior maiestas', 'honor honestas'.

IV21 Sunt alia in 'as' denominativa, quae plerumque similia sunt accusativo plurali primitivorum suorum et sunt communia, ut 'primas', 'optimas', 'Ravennas', 'Capenas', 'Arpinas', 'Crotonias', 'Pontias', 'Larinas',

1 ut probus *Dh* 2 mendicus mendici mendicitas] medicus medici medicitas *G*
^{asperitas}
 asperitas] Prosperus *R* 3 vel prosperus] *om. K* uel us *add. k* integer *G*
 intiger -ri-tas *K* intigritas *G* 4 sincerus sinceri *G* sincerus -ri-tas *K*
 sedulus -li-tas *K* timidus -di-tas *add. k* timidi] *h* timidi *H* 5 quodq.
 in *H* quae *om. G* 6 euphoniae *R* -pietas *Rr* post pietas: ab eo autem
 quod est pietas compositum dixit ovidius et (ad *K*) consanguineas compositum ut
 sanguine leni adumbras impietate pia. (*metam.* VIII 476 sq.) *add. LK* 7 me-
 diaetas *R* anxietas *R* socius socii *A* socius socii societas *om. L* socia-
 etas *R* 8 nominativo] *h* nominativum *H* assumpsit *G* assumit *Kr* ut liber-
 tas *RADGLK* ut liber libertas *r* 9 adsumunt tas sicut supra diximus *AH*
 supra *DLK* 10 tas auctori auctoritas capax *K* 11 affinis affini affinitas *DG* ad-
 fini adfinitas *AHLK* 12 infidelis infideli infidelitas *D* infidelitas *G* celer
 celeri celeritas *D* caeleritas *R* auctor auctori auctoritas *D* auctori *om. K* 13 ab(a.)
H p— enim in *littera l* sine *L* ante er habent *Kl* ante .r. *A* 14 peber *H*
 pauper -tas. puher -tas. uber -tas *K* 16 liber *add. g* quia] quae *L*
 17 asperitas] *K* non asperitas *add. k* 18 ideoque et salubritas *K* caeleber
 caelebris caelebritas *H* caelebrita* .r. uetus (*) *A* 19 unum *add. r* 20 ue-
 tus uetustas *L* 21 or in es mutaverunt *D* assumpserunt *A* ut maior *KL*
 magestas *Rr* 23 accusatio *AL* acusatio *G* 25 Ravennas] *rdh* rabennas *Ak*
 rabennas *R* rebennas *DH h. l. om. G* capennas *H* arpinas rabennas crotonias *G*
 Crotonias] *h* crotenius *A* crotunias *H* larimas *Rr* larinas *H*

p. 629 P.

p. 182—84 K.

quae | ideo in fine habent circumflexum accentum, quia per syncopam proferuntur. perfecta enim eorum inveniuntur apud antiquissimos in 'tis' desinentia, 'hic' et 'haec primatis', 'optimatis', 'Arpinatis', unde neutra quoque eorum in e desinunt: 'primate', 'optimate', 'Arpinate', et ablativus in i, more eorum, quae in 'is' desinentia, cum sint communis generis et faciant in e neutrum, in i terminant ablativum: 'a primati', 'optimati', 'Arpinati'. et testis eius Caper, qui diversorum de huiusmodi nominibus ponit usus auctorum, confirmans tam in 'is' quam in 'as' huiusmodi nomina solere proferri. Cato Censorius in I originum: sed
 10 lucus Capenatis. in II: si quis mortuus est Arpinatis, eius heredem sacra non secuntur. ibidem: lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Baebius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. hi populi communiter: Tusculanus; Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Corantis, Tiburtis, Po|metinus, Ardeatis,
 15 Rutulus, 'Ardeatis' dixit pro eo, quod nunc dicimus 'Ardeas'. Titinius in psaltria:

Ferentinatis populus res Graecas studet,

pro 'Ferentinas'. non est igitur dubium, quod - cum in omnibus, quae 22 paenultimam habent circumflexam, si patiantur syncopam, servamus eun-

I habent in fine D circumflexum L accentum add. k 2 antiquos LK desinentia L.
 3 primatis et optimatis LK optimatis] ex optimus corr. A obtimatis R unde et

neutra K 4 ablitivus A ablativum G ablativi L 5 com A cum ** sint H
 6 faciant] 1 faciunt libri obtimati R 7 Caper] in libris enucl. sermonis

ponit
 secundum Osannum de Capro p. 13 8 nominibus auctorum exemplis usus est Kk
 in his Rr in has A 9 Caton. orig. I fr. p. 105 Kr. fr. 25 p. 274 Roth.
 fr. XXVI p. 31 sq Wagener. iterum laudatur lib. VII § 60 10 in] Idem in ADh
 Caton. orig. II fr. p. 107 Kr. fr. 67 p. 278 R. fr. LVII p. 42 sq. Wr. cf. Prisc. l. supra l.

II. R U G. ad lib. I refert Prisc. l. l. esset r est et ADG est^{et} K eiusdem A
 non uel non

11 haeredem G non sequuntur AG sequuntur L consequuntur D cf. Godeschalkii ICTi apud Krehlium annotationem, quemque l. Savinium in Zeitschr. f. gesch. Rechtswissenschaft II p. 366 (verm. Schriften I p. 155 sq.) Caton. orig. II fr. p. 106 Kr. fr. 64 p. 277 sq. R. fr. XXXVII p. 36 Wr. inde a vocc. populus (sic) communiter — Ardeatis hoc fragm. rursus laudat Prisc. l. supra l. cf. Lorenzium de dict. Lat. et mun. I 1841 p. 24 sqq. 30 sqq. dianum H 12 aricino G egregius L Baebius] G Wagenerus, bebius K breuius L laebius H lebius RAD. Laebius defendit Grotefendius zur Geogr. u. Gesch. von Attitalien fasc. III p. 14, coll. Slabiis, Osco nomine. at id non Laebium, sed vel Labium vel Labertium significare iure suo suspicatur Mommsenius unterital. Dial. p. 295. num Laevius? dedicabit L dicator R 13 latinus hi A latinus hii G latinus in populi commoniter K Aricinus] d arricinus K

aricinus GD lanuvinus ex languinus corr. A lanubinus L lanubinus K 14 tiburt' D Ardeatis, Rutulus] Ardeatis Rutulus Klausenius Aeneas und die Penaten p. 810 n. 1502 d, Rutulus in f. sententiae infra l. l. a Prisc. omissum, h. etiam l. interpretamentum esse censet Lorenzium l. l. p. 38 15 quod est nunc ardeas K Titinius scribendum esse post alios docuit Neukirchius de sab. tog. R. p. 97 titinius H titinnius rell. et sic fere ubique libri Prisciani Tit. psaltr. fr. 1 p. 66 Both. fr. VI p. 121 Neuk. psaltr. s. Ferentinatis fr. 1 p. 125 Ribb. cf. lib. VII § 60 16 psaltria] r psalteria RG saltria K 17 res Graecas] lib. VII § 60 graeca h. l. libri studet. ferentinatis pro ferentinas L 18 ferentinas arpinatis pro arpinas. non K 19 circumflexam L patiantur R patientur K

dem accentum in ultima, ut 'prodūce prodūc', 'audvit || audit', 'cupvit cupit', 'fumāvit fumāt', 'illice illic', 'istice istic', idque omnibus placet artium scriptoribus, qui de accentu scripserunt - debeant haec quoque idem servare, cum 'ū' subtracta paenultima vocalis, quae circumflectebatur in dictione perfecta, (id est a) invenitur ultima in concisione habens eundem accentum. Inveniuntur tamen etiam propriae differentiae causa in fine circumflexa, ut 'Lenās Lenatis', 'Menās Menatis', ne accusativi plurales menae [genus est piscis] et lenae [femininum est lenonis] esse putentur.

In 'es' correptam pauca inveniuntur denominativa: 'equus equēs', 'pes pedēs', et verbalia: 'tego tegēs', 'mergo mergēs'.

In 'es' productam verbalia reperi a praesenti vel praeterito tempore; a praesenti: 'saepio saepēs', 'luo luēs', 'struo struēs', 'macero maciēs', 'luxurio luxuriēs', 'illuo illuviēs'; a praeterito: 'rupi rupēs'.

23 In 'is' denominativa sive verbalia multas et diversas habent formas. alia enim in 'alis', alia in 'elis', alia in 'ilis', alia in 'ulis' finiuntur, ut 'curialis', 'fidelis', 'docilis', 'virilis', 'curulis', alia vero in 'ris' a longa antecedente: 'Apollināris', 'scholāris', alia in 'ensis': 'Atheniensis', 'Catinensis'; alia duas consonantes habent ante 'is': 'agrestis', 'caelestis', 'salubris', 'muliebris', 'Sannis', 'insignis'.

Ergo in 'alis' desinentia vel 'ale', si sint a nominibus primae declinationis, assumunt nominativo primitivorum 'lis' vel 'le' et produciunt a paenultimam - ut 'curia curiālis', 'memoria memoriālis', 'pluvia pluviālis', 'mensa mensāle', 'via viālis' -, sin secundae, extremam in genitivo, sin tertiae, 'is' mutant in a longam et assumunt 'lis': 'Mercurius Mercurii Mercuriālis', 'fluvius fluvii fluviālis', 'neuter neutri neutriālis', 'liber liberi

1 accendū A fumavit fumat cupiuit cupit audiuit audit produce produc D 2 illicce ADHLr uel illic A isticce DHLr sticce A idque] rk Id quoque R ideoque H idē. que h id K omnibus quoque placet (placet in mg. add.) K 3 accentibus G debeant] d quod debeant R debent DLa 4 servare] observare LK observaret l circumflectebatur L 5 eundem accentum ex accentum eundem revoc. K 6 accen-

dum A in fine om. H circumflexa g 7 leenas leenatis AG menatis om. G accusatiuus L plurales] h pluralis H plurales - luo luēs līn. 12 in lītura l 8 menae q̄ genus GL menae quod est genus K genus est piscis Hh laene

RL leenae G leene A quod femininum est de nomine leonis Hh lenonis] a leon-

nis RGL laenones A 9 denominatiua inveniuntur K equus G 10 merges merges Dd 11 producta R reperi uerballa G a praesenti reperi D uel praeterito tempore add. d 12 praesenti sup. līn. add. in D uo luo uo luēs K luēs] h luos H 13 luxurio luxuries] h luxurio luxories H illaes GK

14 formas] significaciones Dd 15 alia in ulis om. GL add. l u. lis (l) H 16 docilis add. k uirilīs docilis D curulis om. GL add. l 17 ut apollinaris D apollinaris GL scholaris] k scholaris RDLK Atheniensis] om. R athenensis K athenensis G ut atheniensis Dh Atheniensis Catinensis] corr. ex r catinensis atheniensis

r m. pr. catinensis R catinensis K 18 Alin. (m) K dua Rr abent Rr ut agrestis DK agraestis A 20 ale] alae r a nominibus sint G 21 primitiuorum add. k 23 mensalae A 24 mutant is K a longam A et assumunt līs add. d *lis (A) H ut mercurius D 25 fluius flualis K neutrum

p. 630. 31 P.

p. 185—57 K.

liberālis', 'theatrum theatri theatralis', 'iudicium iudicii iudicialis', 'Martius Martii Martialis', 'fatum fati fatalis', 'genitus geniti genitilis', 'caput capitis capitalis', 'virgo virginis virginalis', 'cardo cardinis cardinalis', 'hospes hospitibus hospitalis', 'navis navalis', 'dos dotis dotalis', 'flos floris florialis', 'corpus corporis corporalis', 'caelebs caelibis caelibalis', 'mors mortis mortalis', 'iuvenis iuvenalis' (invenitur et iuvenilis), 'princeps principis principalis', 'municeps municipis municipalis', 'crinis crinalis', 'vox vocis vocalis'. sin a quartae declinationis nominibus deriventur, abiecta s, sin a quintae, 'es' ex nominativo assumunt 'alis': 'manus manūalis', 'census censuālis', 'species speciālis'. verbalia quoque a prima V 24 coniugatione inveniuntur in 'alis': 'penetro penetrālis'.

In 'elis' pauca invenio denominativa: 'fidus fidi fidēlis', 'crudus crudi crudēlis', 'patruus patrum patruēlis', 'frater fratris fratruēlis'. et nota, quod omnia extremam i genetivi in e productam mutantia assumpserunt 15 'lis', 'frater' vero 'fratris' 'is' in u conversa assumpsit 'elis'.

I longam habent omnia in 'ilis', quae a nominibus derivantur, nec non in 'ile' neutra, sive ex eis fiant sive non habeant aliud ante se genus, sed a quacumque parte orationis nascuntur, ut 'aedis aedilis', 'senex senilis', 'anus anilis', 'puer puerilis', 'vir virilis', 'scurra scurrilis', 20 'civis civilis', 'servus servilis', 'quintus Quintilis', 'sextus Sextilis', 'gens gentilis', 'hostis hostilis', 'subtel subtilis'. 'exilis' etiam a Graeco ἐξίλητος factum denominativorum servavit regulam. similiter neutra produ- 25 cunt paenultimam: 'ovile', 'monile', 'cubile', 'sedile'. nam in 'ilis' desinentia verbalia sive participialia corripiunt eandem i paenultimam: 'fero fertilis', 'utor utilis', 'futio (ex quo compositum effutio) futilis', 'volo volatilis', 'textus textilis', 'altus' vel 'alitus altilis', 'fictus fictilis'. a pare etiam derivativum, quod a verbo 'paro' nascitur (unde comparo compa-

AHL 1 Thæatrum R teatrum teatthri teatralis D theatrum theatthri theatralis GL teatrum .ri .alis K iuditium iuditii A 2 Martii I marti L

marcialis A factum .ti fatalis (c-c) K genitus — capitalis om. L caput Rr 3 uirgini^s Hh 4 hospes hospitibus hospitalis] g ospes ospitis ospitalis G hospis .itis .alis K navis navis navalis DGL 5 celebis L 6 iuvenilis] iuvenilis r iuvenalis R 8 deriventur] r deriuantur RHGK 9 es] s R abiecta es Hd ut manus D 11 ut penetro D ut penitro K 12 ut fidus AD fidi add. h 13 nota] r noto R 15 conuersa et assumpsit L 16 quae in ilis h 17 eis] eis in ilis ADHrg eis in illis R se in mg. add. H 18 aedes A 20 ciues L

quintus quintilis sextus sextilis servus servilis LK 21 subtilis G post subtilis: Excipitur par paris parilis. Ouidius add. R Excipitur par paris parilis DGLk Excipitur parilis Kh Ouidius quod et ipsum ad parilis spectat A cf. § sq. eastr. ἐξίλητος] gk ἐξίλητος R ηξίλητος r ἐξίλητος A ἐξίλητος D ἐξίλητος G ἐξίλητος K 22 seruabit A seruat L 23 ut oliue r oliue A monile] r munile RAG illis Rr 24 participialia] g participialia G i paenultimam in litura g ut fero D 25 futio RH fucio A futio in litura g futio futilis ex quo compositum effutio effutillis uolo LK ex—effutio om. G compositum H effutio] r effutio H effucio RA futillis] r futillis RH 26 uolatilis uictus uictillis textus K textus — altilis om. L add. l textilis G fictus fictilis om. K 27 diriuatum K

p. 631. 32 P.

p. 157. 58 K.

ras. proprie enim pares sunt, qui inter se possunt comparari) verbalium regulam servavit, 'parilis'. Ovidius in VII metamorphoseon:

Arte suum parili revirescere posse parentem.

26 cetera quoque omnia i paenultimam corripunt et, si sint a verbis primae coniugationis, a longam habent antepaenultimam, ut 'amo amas amābilis', 'penetro penetras penetrābilis', 'paro paras parābilis', 'praedico praedicas praedicābilis', 'lacrimo lacrimas lacrimābilis', 'quasso quassas quassābilis', 'laudo || laudas laudābilis', 'tracto tractas tractābilis', 'aequo aequas aequābilis', 'miror miraris mirābilis'. excipitur 'stābilis', quod solum antepaenultimam a corripuit. Lucanus in V:

Quam non estābili, tremulo sed culmine cuncta
Despiceret.

27 quae vero a verbis secundae vel tertiae vel quartae coniugationis nascuntur, si habeant antepaenultimam i, eam quoque corripunt: 'doceo docēbilis', 'credo credēbilis', 'utor [utilis] utībilis', 'sentio [sensi] sensībilis', 'audio audībilis'. sciendum tamen, quod plurima nascuntur ex his coniugationibus, quae antepaenultimam i non habent, ut 'docilis', 'habilis', 'flebilis', 'nubilis', 'volubilis', 'utilis', et quod quaedam ex praesenti, quaedam ex praeterito, quaedam ex futuro derivantur; ex praesenti: 'doceo docibilis', 'habeo habilis', 'volvo volubilis', 'utor utilis' et 'uti|bilis'; ex praeterito: 20 'plausi plausibilis', 'sensi sensibilis' vel 'sensilis' - Lucretius in II:

Ex insensilibus ne credas sensile nasci -;

ex futuro: 'flebo flēbilis', unde e ante b productam habuit.

In 'aris' desinentia derivantur a nominibus sive verbis, quorum extrema syllaba incipit ab l vel alia consonante vel a vocali aliqua pura. 25 fiunt autem a genetivo nominum sive a positione verborum sic: quaecumque litera sive literae sequantur l vel aliam consonantem, ex qua postrema

1 proprie] r propriae RH posunt K 2 regulam om. R, post servavit add. r servavit] r servabit RAH Ovid. metam. VII 305 in VII metamorphoseon om. K 3 reu-

uiscere Rd et sic 'multi ex vetustioribus scriptis' Ovidianis teste N. Heinsio uiuiscere g rerescere K iuuenescere libri aliquot Ovidiani 5 ut om. GLK 6 penetro .tras .lis K tracto tractas tractabilis laudo laudas landabilis aequo aequas aequabilis praedico praedicas praedicabilis lacrimo lacrimas lacrimabilis quasso quassas quassabilis miror miraris mirabilis R 9 miraris] miras A et in miraris corr. H 10 Luc. Phars. V 250 sq. 11 e] HK Luc. Voss. A B et sic vel ex libri Luc. fere omnes, est rell., om. codd. lib. VIII § 38 est abili Luc. Guelf. 2, corruptelae originem demonstrans

stabilis Rr cunc^{la} Rr 12 dispiceret HGK 13 saecunde R 14 ut doceo AD 15 utilis] om. DK add. d, lis add. k sensio G sentio — nunc ergo dicamus, § 30, uno folio exciso deest in H sensi] sentis R om. K sensibilis] r sensibilis R 16 hisdem K 17 habilis] r abilis R 18 volubilis om. L 19 derivantur] nascantur L ex] om. DG & A presentis A docilis (bi) G docibus in docilis corr. A docilis D 20 habeo add. d 21 ut plausi A Lucr. II 888 in -ll- add. l 22 insensilibus] cum libris Lucretianis DGr insensibilis A et ni f. in litura R insensibilibus L insensibili K sinsile A nasci] gigni Lucretius 23 producam Rr 24 siue a uerbis K quorum etiam extrema L 25 uel alia consonante om. L 26 uerborum sit quaecumque A sic add. r

p. 632. 33 P.

p. 158. 59 K.

incipiat syllaba genetivi, transeunt in a longam et assumunt 'ris' vel, si a vocali incipiat, ipsa extrema mutatur in a longam, et assumunt 'ris': 'populus populi populâris', 'singulus singuli singulâris', 'Apollo Apollinis Apollinâris', 'consul consulis consulâris', 'miles militis militâris', 'schola scholae scholâris', 'Latium Latii Latiâris', 'familia familiae familiâris', 'peculium peculii peculiâris', 'molo molis' vel 'mola molaē molâris'. sic etiam neutra in 'are' finita: 'velum veli velâre'. Iuvenalis:

Et pegma et pueros inde ad velaria raptos.

In 'ensis' desinentia, si sint a nominibus primae vel secundae decli- 28
 nationis, mutant extremam || partem nominativi singularis vel pluralis in 'en'
 et assumunt 'sis': 'Cirta Cirtensis', 'Olbia Olbiensis', 'Sardinia Sardinien-
 sis', 'Hispania Hispaniensis', 'Catina Catinensis', 'Enna Ennensis', 'Min-
 turnae Minturnensis', 'castrum castrens', 'forum forens', 'Ilium Ilien-
 sis', 'Locri Locrensis', 'Vtica Vticensis', 'Cremona Cremonensis', 'Ostia
 15 Ostiensis' ('Athenae Atheniensis' euphoniae causa i habuit antepaenulti-
 mam et 'Halice Haliciens'); sin vero tertiae sint declinationis, abiciunt
 extremam s genetivi et assumunt 'ensis': 'pistor pistoris Pistoriensis',
 'Carthago Carthaginis Carthaginiensis'. quae vero duas consonantes ha-
 bent ante 'is', vel a nominativo fiunt primitivorum vel a genetivo. et a
 20 nominativo quidem derivata abiciunt extremam literam et assumunt 'bris':
 'salus salubris', 'mulier muliebris'; a genetivo vero, mutata extrema eius
 parte in e et assumpta 'stis' vel 'stris': 'ager agri agrestis', 'caelum
 caeli caelestis', 'terra terrae terrestis'.

In 'tis' quoque inveniuntur denominativa, sed antique prolata, pae- 29
 25 nultimam natura vel positione longam habentia, ut 'Samnitis' pro 'Sam-

2 incipit *AG* extre^{ma} *Rr* assumit *d* Vt *populus D* 3 *populi* *r* *populis R*
appollo *appollinis* *appollinaris GL* *appollo* *appollonis* *appollinaris K* *appollinis R*
 4 *milis .tis .taris K* *scola* *scolae* *scolaris RDL* 5 *scolaris A* 6 *molaris*,
 sicut etiam *G* 7 *Iuv. sat. l 4, 122* 11 ut *cirta DG* *cirta Rr* uel *cyrta in*
 marg. l *Olbia Olbiensis] Zwicc. 2 Krehlii oliua oliuensis RADl* *oliua oliuensis GLK*
Sardinia — Hispaniensis add. d 12 *catena G* uel *catina g* *minturnae (min-*
turna L) *minturnensis enna ennensis GLK* 13 *utica uticensis cremona cremonensis*
ostia ostiensis castrum castrens forum forens ilium iliensis locri locrensis D
 14 *hostia hostiensis L* 15 *Athenae Atheniensis] g athinae athinensis G* 16 *Halice*
Haliciens] sic, m. pr. in halice haliceus corr., K alicie alyciensis R halyce halyciensis
ADL Heidelb. halyce (a) haliciensis G. de Halice cf. Paus. II 36, 1 Curtius Pelopon-
nesos II 461 sq. cum libri optimi Halicyarum incolae Halyciensis nomen (fr. Vat.
rescr. et cod. Lagom. 29 ap. Cic. in Verr. II 2, 28, 68) et Haliciaenses (Riccardian.
Plin. nat. hist. III 14, 91), coniciat quis Halicyae Haliciensis legendum esse sunt D
 17 ut *pistor DK* 18 *charthago charthaginis charthaginiensis R* *karthago kar-*
taginis karthaginensis Gg *cartago cartaginis (h) cartaginiensis Ll* *karthago .nis .ien-*
sis K *carthaginensis Dd* uero in duas *K* 20 *diriuata Aa* *deriuatiua K*
 21 ut *salus AD* parte eius *R* 22 *stris] g* *tris AG* ut *ager GK* *agris Rr*
 24 *antiqua Rr* 25 *i* uel *e post* *paenultimam add. L et in litura K* pro
samnis add. r

nis', sicut 'Laurentis' quoque pro 'Laurens', 'Tiburtis' pro 'Tiburs' teste Capro. sic 'Quiritis' pro 'Quiris' et 'Caeritis' vel 'Caerētis' pro 'Caeres', qui tamen nominativi nunc in usu non sunt. unde Virgilius in X: Qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis. inuenitur tamen et correptam i habens paenultimam apud eundem Virgilius:

Est ingens gelidum lucus prope Caerētis amnem,
et Horātius similiter in primo epistularum:

Quid deceat, quid non obliti, Caerēte cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlixis,

nisi pro 'Caerete', quod est nomen oppidi, e paenultima in i conversa protulerunt. | Livius ab urbe condita XLI: Lanuvini Caeritesque anguem iubatum apparuisse nuntiarunt.

In 'os' tam denominativa quam verbalia pauca inveniuntur: 'Iepus lepos', 'competo compes' et mutatione e in o 'compos', 'custodio custos', 'do dos'. ||

30 In 'us' terminantium diversae sunt formae tam denominativorum quam verbalium, ex quibus multas iam diximus, cum de possessivis tractabamus, id est de his, quas a Graccis accepimus, formis possessivorum et Latinis VI in 'ius' vel 'nus' desinentibus. nunc ergo dicamus de reliquis in 'us' ter-

1 sicut] sic AD . tyburtis pro tyburs Rr . Teste capro sic A
2 Capro] inter librorum enucl. sermonis rell. h. l. posuit Osannus de Capro p. 13 sq.
uel ceris uel ceritis uel i
et ceritis Kk et ceris uel ceretis pro ceres G et caeris uel caerētis pro caeres g

3 post non sunt: Alpheus (l. Alphius: corr. Bondamus apud Burmannum l. infra l.) tamen Auitus in i (Io E) excellentium Curis posuit pro Quiris: Marite, si sanguis Curis, Sabina si caedes (Bondamus cedes D^a sedes E) placet, In me, oro, conuertas manus. unde Virgilius de Sabinis loquens: priscique (p̄ssique D^a) Quiritis [Aen. VII 170] pro Curites. a Curibus enim urbe Sabina est deriuatum. add. Darmst. ^a m. alt. et Erl. 2 Krehlii, cui tamen desunt extrema verba inde ab a Curibus, et partim, verba sc. ab Alpheus — excellentium et ab unde — Curites eiusdem Krehlii Dresd. Alphii Aviti, de quo cf. Wernsdorfum poet. Lat. min. III p. XXXI sqq., hos versus ex cod. suo Prisc. in anth. Lat. recepit Burmannus add. t. II p. 730 (n. 125 v. 9—11, t. I p. 46 Meyer.). quorum inmemor videtur fuisse Lachmannus in Ter. Maur. praef. p. XII

Verg. Aen. X 183 4 cerete Gg cherete Med. minionis GK 5 Verg. Aen. VIII 597 uirḡ in VIII est G 7 lucus add. r cheritis Med. 8 Oratius K Hor. epp. I 6, 62 sq. similiter om. K 9 Quid deceat] r Quidē] ciet R quod non D ceriti D caerite Rr caera RL coera G 10 rumigium L

uitio sumit hacensis GL uitio sumit ithacensis K Itacensis ADr olivis Kk ulixei D et ipse Prisc. lib. VI § 92 cum parte libr. Horat.; et vel sic vel Vlixii Hor. praestantiores fere omnes, Vlyssēi Vlixis Vlyxis al. 11 pro **** L caeretae R caerite in litura g 12 Libius L Liv. ab u. c. lib. XXXXI 21, 13: et faces eadem nocte plures per caelum lapsae sunt in Lanuvino; Caeritesque anguem in oppido suo iubatum, [aureis vel flavis edd. f. ravis] maculis sparsum apparuisse adfirmabant, ubi ex Prisciano sunt. Lanuvini Caeritesque scribendum esse con. Sigonius Lanuuii L caeritisque G 13 angem L uibratum GK nuntiarunt] rk nuntiarunt R nuntiauerunt GK 14 ut in os AD 15 ante compos: competo repetit A 18 iam multas R possiuis R 19 accipimus Rr 20 uel in ius uel K nus] nus Rr in nus A ergo] uero G a uoc. de reliquis iterum inc. H cf. § 27

p. 634 P.

p. 100. 61 K.

minantibus, quae diversas, sicut dictum est, habent formas. alia enim in 'ius' exeunt, ut 'nuntius', 'patricius'; alia in 'uus' divisas: 'arduus', 'vacuus'; alia in 'bus': 'probus', 'orbis', 'superbus'; alia in 'cus': 'acus', 'lucus', 'arcus', 'parcus'; alia in 'quus': 'aequus', 'obliquus'; alia in 'dus': 'providus', 'invidus', 'lividus', 'vividus', 'praedābundus', 'furibundus', 'loquendus', 'sequendus'; alia in 'lus': 'patulus', 'anniculus', 'bibulus', 'credulus'; alia in 'rus': 'sonorus', 'honorus'; alia in 'sus': 'cursus', 'usus', 'spumosus', 'saxosus'; alia in 'tus': 'togatus', 'palliatu^s', 'metas', 'motus'; alia in 'stus': 'venustus', 'angustus', 'quaestus'.

10 In 'ius' desinentia, sive a nominibus sive a verbis derivata, servant 31 ante 'ius' primitivorum suorum consonantes, ex quibus incipiunt ultimae vel paenultimae syllabae, sed tum paenultimae, cum et ipsa paenultima in vocalem desinit et ultima a vocali incipit, ut 'servus servi Servius', 'servilis Servilius', 'agellus agelli Agellius', 'silva Silvius', 'virgula Virgilius', 'Mars Martis Martius', 'nuntio nuntius', 'saucio saucius', 'scio scius' - sic Apuleius in primo Hermagorae et Pacuvius in Teucro:

Postquam defessus †. perrogitando advenas

De gnatis neque . . quemquam invenit scium.

unde 'nescio' quoque 'nescius' -, exceptis in 'icius' desinentibus: illa 20 enim assumunt, si sint nomina ex quibus derivantur vel participia secundae declinationis, genetivo, sin tertiae sint, dativo 'cius', i tamen tam paenultima quam antepaenultima correpta, ut 'adventus advecti advecticius', 'commendatus commendati commendaticius', 'faber fabri Fabricius', 'pigneratus pignerati pigneraticius', 'tribunus tribuni tribunicius', 'pater patri patricius', 'aedilis aedili aedilicium', 'gentilis. gentili gentilicium'. inveniuntur ta-

1 dictum est] diximus GK formas habent L 2 patricius] r patritius RH diuisas ex diuersas corr. A deuisas L ut arduus LK 3 post uacuum: alia in quus aequus obliquus add., eadem infra om. D ut probus K orbis probus A alia in cus add. g 4 locus] k lacus LK alia — obliquus praeter D om. G add. g quus] cus R ut aequus K 5 prohibus L lividus] h libidus GLK liuidus H uiuidus

om. GK uiuidus — loquendus in mg. add. A 7 honoros A 8 metas] d maestas Ah mestus RDGk maestus H 9 uetustus H augustus K angustus mestus quaestus h questus RDGLK 10 deriuatiua K 11 ultimae syllabae uel paenultimae A 13 Servius] r seruus R 14 seruulis Rr agelli] agelli** L

Silvius] r siluauus R uirga G uirgula Dd 15 marti L nuntio] r nuncio RA nuntius] r nuncius R saucio saucius] h sautio sautius RH sautio sautius socio socius A 16 epuleius G epuleus K Apul. Hermag. I fr. 5 t. II p. 637 Hild. ermagorae G ermagore R ermogore K pacubius RDGLK Pac. in Teucro fr. 11 p. 145 Both. II p. 98 Ribb. 17 defessus] dg difessus D defesus D defessus est G. I. Vossius castigat. et not. p. 108 defessus fuit Ribbeckius 18 neque eorum quemquam G. Hermannus opusc. VII 382 quemquam] r quenquam GL quemquem RA 19 in cius GK h 21 tamen om. RADL paenultima R 22 antepaenultimam Rr adfectus adfecti adfecticius A adfecticus] r aduecti-

tius RH commendatus -ti commendaticius Kk 23 commendatus Rr commendaticius H tribunus tribuni tribunicius pigneratus -ti pigneraticius L 24 pigneratus H 25 aedilis ex aedilus corr. A aedili om. R gentilis A gentili

p. 634. 25 P.

p. 161. 62 K.

men quaedam a primae quoque declinationis nominibus eiusdem formae, quae a habent || ante 'cius': 'gallina gallinacius', 'membrana membranacius', 'chartina chartinacius'.

- 32 In 'uus' divisas tam a nominibus quam a verbis derivata secundum in 'ius' terminatorum reglām mutatione extremarum literarum vel literae s in 'uus' solent fieri, ut 'pater patri patruus', 'annus anni annuus', 'perspicio perspicuus', 'ambigo ambiguus', 'rigo riguus', 'ardeo arduus', 'vaco vacuus'. notandum inter haec 'menstruus', quod euphoniae causa assumpsit t et r.

In 'quus' quoque desinentia similiter fiunt: 'aequo aequus', 'obliquo^u obliquus'; sed magis ab his nominibus verba quam a verbis nomina sunt derivata. 'longus longinquus' ideo assumpsit n ante 'quus', quia aliter euphoniae satisfacere non poterat.

In 'bus' vel 'cus' desinentia a verbis b vel c ante postremam vocalem habentibus derivantur mutatione o et, si ante eam alia sit vocalis, eius quoque, in 'us', ut 'probo probus', 'orbo orbus', 'superbio superbus', 'parco parcus', 'luceo lucus', 'arceo arcus'.

- 33 Inveniuntur pauca a nominibus vel verbis in 'ulcus': 'sus subulcus', 'bos bubulcus', 'peto petulcus'.

In 'dus' tres sunt formae:

- Vna quae servat consonantem, ex qua ultima vel paenultima primitivi incipit syllaba | - sed tunc paenultima, si non intercedat consonans inter ultimae et paenultimae syllabae vocales -, et reliquam eiusdem syllabae vel syllabarum partem mutat in i correptam et assumit 'dus', ut 'herba herbīdus', 'turba turbīdus', 'uva uvidus', 'vivo vividus', 'rabies rabīdus', 'u-^u meo tumīdus', 'timeo timīdus', 'areo arīdus', 'squalo squalīdus', 'ferveo fervīdus', 'invideo invīdus', 'frigeo frigīdus', 'valeo valīdus'. excipitur al-

om. R 1 quoque om. L 2 ut gallina AD^a gallinacius Kk gallinacius AH membranacius] r membranacius RA 3 chartina] r carthina RD epistola e charta quae a carpando dicitur gloss. cod. Heidelb. carthinacius RA carthinacius r

5 extremarum] r extremum R 6 in uis add. d patrius A perspicio perspicuus ambigo ambigis ambiguus L 7 post ambiguus: pigo pignus add. RH pigeo pignus AD piget pignus h rigo riguus post uacuu collocant RAH vaco] uacuo ADGLK 8 assumit R assumpsit G 10 fiunt ut AD obliquo] g oblico G 11 uerba fiunt quam LK sint AL deriuata sint K 12 deriuatiua A loginquus G 14 postremam uocalem] 1 postremam: K postremam uocalem uocales A postremam uocalem uel uocales k rell. 15 o in us et h eam in marg. add. l sit alia H eiusq. in G 16 post quoque: scil. mutationes sup. lin. add. r, mutatione in mg. l post probus: turbo turbus add. ADHGLK post orbis idem add. r. de turbus = turbo cf. Ducangii gloss. med. et inf. Lat. s. vv. turbus et turbinus t. VI p. 700 ed. Henschel. 18 uel a uerbis LK ut sus D 19 bobulcus DGLK boculcus A 20 sint A 21 penultima* K 22 intercedat H 24 motant K dus] r d̄s R ut om. L 25 uīdus Rr uiuo uiuidus om. DL rabies rabies A 26 timeo timidus om. G areo aridus] rk hareo haridus RAK squalo squalidus] k scaleo scaldus GK 27 frigio Rr alternitas Hh

p. 635. 36 P.

p. 162. 63 K.

ternitatis causa, quam Graeci ἐπαλληλότητα vocant, unum 'pando pandus', ne, si 'pandidus' dicamus, male sonet alterna d in utraque continua syllaba, quod in multis solent tam Graeci quam nos evitare. (non dicunt illi 'Χαρυβδιδος', quamvis exigat regula, sed 'Χαρυβδεως'. et Romani quoque illos secuti non dicunt 'huius Charybdis' sed 'huius Charybdis'. eiusdem vitii causa non dicimus ab eo, quod est 'mane', 'manunine', sed 'matutine', 'vitis vinetum', non 'vii|tetum', quod tamen etiam a vinea videtur esse derivatum. praeterea 'meridies' pro 'medidies' a medio die. sed non tamen in omnibus hoc valet. nam 'candeo candidus' facit, 'sordeo sordidus', 'madeo madidus', nisi quod haec secundae coniugationis in 'deo'; illud unum, id est 'pando', tertiae in 'do' desinens habuit huiusmodi formae nomen.) et haec quidem in 'dus' supra dictae formae nomina demonstrant habere ea in se, ex quibus derivantur, ut 'herbidus', qui habet herbas, 'turbidus', qui habet turbam, 'timidus', qui habet timorem, 15 'ravidus', qui habet rabiem, 'invidus', qui habet invidiam.

In 'bundus' vero desinentia similitudinem habere significant, | ut 'vi- 35 tabundus' similis vitanti, 'praedabundus' similis praedanti, 'errabundus' similis erranti, 'moribundus' similis morienti, 'furibundus' similis furenti. et sunt paene omnia huiusmodi formae nomina verba et, si a verbis 20 primae coniugationis derivantur, a habent longam antepaenultimam, ut 'causor causaris causabundus', 'vito vitas vitabundus', sin ab aliis, i correptam, ut 'ludis ludibundus', 'furis furibundus', 'moreris moribundus'. excipitur alternitatis causa 'rubicundus', quod in paenultima syllaba pro b c habuit, ne sit absonum, si 'rubibundus' dicamus.

25 Tertia forma in 'dus' terminantium est participialis, id est quae terminationem habet participiorum futuri temporis passivorum, et significat

1 ἐπαλληλότητα] om. H ΕΠΑΛΛΕΛΟΤΗΤΑ Rr ΕΠΑΛΛΕΛΟΤΕΤΑ DL ΕΠΑΛΛΕΟΤΗΤΑ G
 ΑΛΛΟΘΕΤΑ h pondo Rr 2 sonat G sonant A alternam RAGL alternum r
 continua] r continuatam R continuans L continuans** K 4 ΧΑΡΥΒΑΙΔΟΣ Gg
 carybidos RK Χαρυβδεως] scripsi ΧΑΡΥΒΑΕΟΣ ADGr χarybdeos K carypdeos R
 ΧΑΡΥΒΑΙΟΣ L ΧΑΡΙΒΑΙΟΣ H rumani K 5 Charybdis] g χarybdis K charib-
 didis L carybdis DGr carypdis R caribdis A sed huius Charybdis om. G
 sed huius charubdis g χarybdis K charibdis L carybdis Dr carypdis R caribdis A
 6 uicii A 7 non vitetum] h nouitetum H tamen a uinea etiam uidetur
 deriuatum L 8 miridies K pro] non D me**didies K medio et die h
 9 tamen non D 10 sordidus] sordidus facit RH mandeo mandidus H
 quod in mg. add. h coniugationis sunt in ADr et sunt in litura H in deo; illud]
 ideo illud GLK ideo. Illud H . Ideo. illud h. 12 demonstrantur H 13 ea
 habere D herbas habet G 14 herbas — ravidus qui habet in marg. add. r
 turbam] rabiem Aa turbam Gg timidus — rabiem om. A 17 uitandi A
 moribundus similis morienti (et H) errabundus similis erranti AH 18 furienti L
 19 poene Rr nomina formae G 21 caussaris Rr post uitabundus: mo-
 rior moreris moribundus add. A siⁿ Kk 22 ut ludo ludis DHL laudis lau-
 dibundus furis furis furibundus K 24 obsonum Dd 25 terminantium participialis L

dignum esse aliquem eo, quod demonstratur, ut 'laudandus' laude dignus, 'amandus' dignus amari, 'curandus' dignus cura, 'ornandus' dignus ornari, 'ordinandus' dignus ordinari, 'legendus' dignus legi, 'loquendus' dignus de quo loquantur homines.

In 'lus' desinentium formae similes sunt diminutivis: 'pendulus', 'credulus', et veniunt tam a nominibus quam a verbis, ut 'annus anniculus', 'pateo spatulus', 'credo credulus', 'pendo pendulus', 'bibō bibulus'. extremas partes syllabarum finalium sive extremas syllabas, si sint purae, in 'ulus' vertunt, excepto anniculo differentiae causa: nam 'annulus' diminutivum est. ('novacula' a 'novo novas' derivatur.)

37 In 'rus' denominativa sive verbalia pauca inveniuntur, quae paenultimam producunt: 'honor honorus', 'odor odorus', 'decor decorus', 'cano canorus', 'sono sonorus', quorum regula in promptu est: nam nomina 'us', verba 'rus' assumunt.

In 'sus' duplicem habent formam: vel enim participialia sunt, id est in participiis praeteriti temporis similia, et res incorporales significant et sunt quartae declinationis, ut 'usus', 'cursus', 'lusus', 'versus' - quod ab incorporali re ad corporalem quoque adductum est, quae est in literis -; aut mobilia sunt et secundae, ut 'lassus', 'fessus', 'cassus'; vel o productam habent ante 'sus' et significant plenum esse aliquem eius, quod significatur, ut 'saxosus' plenus saxis, 'spumosus' plenus spuma, 'ventosus' plenus ventis, 'harenosus' plenus arena. fiunt autem a primitivis suis hoc modo: mutant extremam partem syllabae vel syllabam, si pura est, in quam terminat genetivus, in o productam et assumunt 'sus': 'saxi saxosus', 'curiae curiosus', 'herbae herbosus', 'scelus sceleris scelerosus', 'numeri numerosus', 'oneris onerosus', 'perfidiae perfidiosus'. notandum, quod a metu 'meticulosus' fit. Plautus in mostellaria:

Nescis, quam meticulosa res sit ire ad iudicem.

1 eo quod] eoque *k* dignus laude *DL* 2 dignus amore *L* curari *Gh*
 orandus *L* orari *L* 3 ordinari] *ah* ornari *AH* 4 loquantur] *rdh* loquen-
 tur *RADHGL* 5 pendulus credulus *om. A* post credulus: et veniunt — cre-
 dulus *om. R* add. *r* 7 credo credulus *Hh* pseudo *Hh* pendo pendulus *om. A*
 8 sillabarum partes *L* 9 conuertunt *AD* anniculus *DH* annulus] *gk*
 anulus *AGr* anulum *K* 10 Et nouacula *AD* 12 honorus *A* honoris *K* 13 quo-
 rum — assumunt *in mg.* add. *g* in promptu est regula *K* promptu *R* prumptu *L*
 prumptum est. Nannomina *A* 14 rus accipiunt uel assumunt *g* 15 sus] *h*
 cus *H* 18 re. Ad *H* quoque add. *k* addictum *Rr* 19 lassus fessus cas-
 sus] *g* lassus fesus cassus *l* lassus fesus casus *GLK* 20 habent *om. L* aliquem
 esse *D* eius rei quod significantur *H* 21 saxus *Rr* spumis *K* ventuosus *K*
 22 arenosus *D* arena *Dr* arenae *H* 23 in qua *L* terminatur *D* termi-
 natus *A* terminet *H* 24 et *om. K* assumit *R* ut saxi *D* 25 haerbae haer-
 bosus *H* scelus *om. DL* scelus sceleris scelerosus *R* perfidiae perfidiosus
 numeri numerosus oneris onerosus *D* 26 oneris onerosus (h-h) *L* post one-
 rosus: ponderis ponderosus add. *r* 27 metuculosus *DHGLKr* planustus *A*
 Plaut. most. V 1, 52 (v. 1101) mustellaria *ADHGLK* 28 metuculosa *RDGLK*

p. 637. 38 P.

p. 164. 65 K.

mum *cod. olim Salzburg. nunc Monac. (S)* 19 *rhet. ad Herenn.* III 19, 32, ubi
mians pedum tricenum, tricentum, tricenorum, triginta singuli libri, minus pedum trinum
^{mille}
praebent fere omnes IIII *R VII GLK* II *A* ante pedum *add. Rr in B* *h A*

pedum tricenum, pro 'tricenorum'. frequentius tamen hac utitur et Cicero et ceteri syncopa in eis nominibus, quae numeros vel mensuras significant. recusant autem hoc in masculinis habentibus neutra vel in neutris, ne similis sit nominativo singulari neutrorum, quamvis in iis quoque, quae ex se faciunt neutra, licet non frequens, invenitur tamen usus huiusmodi concisionis. Virgilius in VIII:

altaque certat

Prendere tecta manu sociumque adtingere dextras,
pro 'sociorum', idem in X:

At Rutulum abscessu iuvenis tum iussa superba,
pro 'Rutulorum', quamvis et 'socius socia socium' et 'Rutilus Rutula Rutulum' dicatur. Terentius in *heautontimorumenos*:

quare omnes vos oratos volo,

Ne plus iniquum possit quam aequum oratio,
pro 'iniquorum' et 'aequorum'. Statius in I *Thebaidos*:

illa novos ibat populata Penates

Portarum in bivio; lateri duo corpora parvum
Dependent,

'parvum' pro 'parvorum'. Virgilius in III:

magnanimum quondam generator equorum.

idem in VI:

Magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae.
quod et in pronomibus quoque fecerunt antiqui, 'meum' pro 'meorum',
'tuum' pro 'tuorum', 'nostrum' pro 'nostrorum' dicentes. Plautus in
trinummo:

1 tricenum] *d* trigenum *AD* trigenorum *A* utitur ut cicero *K* 2 mensuram *GK* 4 post similis sit: genitius pluralis *add. m. rec. in H* in iis] *om. B*
in his *sup. lin. add. b* his *ADHGLK^r* 5 frequens] *g* freuens *G* 6 *Verg. Aen. VIII 557 sq.* 7 certant *g* 8 prendere] *r* perendere *R* praendere *D* attingere *BADHGL^r* cum *libris Verg.* attingere *K* dextra *Rom.* 9 sotiorum *Rr*
Verg. Aen. X 445 *XI GK* 10 At] *d* Ad *RD* iuuenes *G* ^csuperba
^{ra}iusa *K* 11 tulorum *K* socius] *a* sotius *AH* ^vsociis *socia Rr* ^{et}socia] *a*
sotia *AH* et *socia BK* ^{et}sotium *A* et *socium BK* ^{et}rutula ^{et}rutulum *K* 12 *df*
(*i. e. dicitur*) *GLK* *Terent. heautontim. prol. v. 26 sq.* *ea*utontimorumenos *AD*
^o*ea*utontimorumenos *AK* *ea*utontimorumenos *Hh* *ey*tantimor^oenos *G* *ey*tantimorumenos *L*
13 *quāob̄rē* oratos uos omnes *Bas.* oratores *H* oratos *ēē h* 15 pro inaequorum et iniquorum *K* *Stat. Theb. I 608 sqq.* 1. *lib̄* thebaidos *G* 16 nouus
ⁱⁿ*GLK* *paenates D* 17 *ibi*uo *Rr* *bivio*] *ex corr. l* *binio GK(L?)* *paruum*
add. r 19 Virgilius in VI. Magnanimum — puellae. idem in III — equorum *GL*
Verg. Aen. III 704 III. (I.) *R* 20 equorum] *a* aequorum *ADHK* 21
^{naa}*Verg. Aen. VI 307* VI.] *h* VII. *H* 22 magnimum *Pal.* magnanimum animum
heroum B *aeroum GL* *eorum K* *inu*ptaeque *B* *innuptaeque puellae] r* *nupte*
puelle R 23 et *om. G* 24 *uostrum pro nostrum B* *Plaut. trin. III 2, 30*
(*v. 657*)

p. 743. 744 P.

p. 39. 310 K.

Vt rem patriam et gloriam maiorum foedarim meum.

idem in Poenulo:

Ecquid meministi tuum parentum nomina?

idem in Menaechmis:

Averti praedam ab hostibus nostrum salute socium.

DE DATIVO ET ABLATIVO PLVRALI SECVNDAE DECLINATIONIS.

Dativus et ablativus pluralis secundae declinationis fiunt similiter ab 27
 ablativo singulari mutatione o finalis in 'is' longam, ut 'a viro his' et 'ab
 his viris', 'a platano his' et 'ab his platanis', 'a templo his' et 'ab his
 10 templis'. inveniuntur pauca in||aequalem habentia declinationem, ut 'vas'
 in singulari numero tertiae est declinationis: 'hoc vas huius vasis', in plu-
 rali vero secundae: 'haec vasa horum vasorum'. festorum etiam nomina
 dierum in 'ia' desinentia semper pluralia genitivum quidem tam secundum
 formam secundae quam tertiae proferunt, dativum vero et ablativum secun-
 15 dum tertiam, ut 'haec Vulcanalia horum Vulcanaliorum' vel 'Vulcanalium
 his' et 'ab his Vulcanalibus'. similiter 'Saturnalia', 'Floralia', 'Compitalia',
 'Terminalia', 'Quinquatria'. nec non a domo 'harum domorum' et 'do-
 muum his domibus', | non etiam 'domis'. Iuvenalis in I:

Viscera magnarum domuum dominique futuri.

20 Virgilius in II:

turres et tecta domorum

Culmina convellunt.

idem in II georgicon:

domibus cedrumque cupressosque.

1 ut, rem patriam et ^{et} *Hh* rem propriam patriam *G* foedarim] ad phoedarim
 RAD sedarim *B* poetarum *GLK* 2 *Plaut. Poenul. V 2, 102* penulo *BAGK*
 paenulo *H* pennulo *L* 3 ecquid] *G* et sic, ut vid., aut etquid pars *codd. Krehlii* et qui-
 dem *rell. cum Heidelb. teste Lindemanno* memisti *A* 4 *Plaut. Menaechm. I 2, 25*
 (v. 134) menechmis *RADH* mechenis *G* mechinis *L* minechinis *K* mechmis *B*
 5 avertit *BHr* praedam] *p̄cū in p̄dī corr.*; ad *mg.* praedam *L* ^{et} PLVRALIS *B*
 SECVNDAE] *r* SECVNDAE *RD* 7 et ablativus *spscr. K* pluralis *om. G* saecundae
R fiunt *add. r* ab *om. K* 8 longam *ex longum corr. B* a viro *om. G*
 10 ut usin]gulari *R* 12 horum] *r* eorum *R* suasorum *K* 13 "in ia dissinentia"
 dierum *Kk* quidem *infra lin. add. K* 14 saecundae quam *R* uero et
spscr. L secundum tertiae *L* 15 ulcanalia *G* ulcanaliorum *K* vel] et *L*
 16 ulcanibus *K* Compitalia] *sic in litura viginti fere lit. r* competalia *AGLK*
 compitalia *B* 17 terminalia *ex terminalia corr. B* ** non *Rr* horum *Rr*
 18 his domibus *H* *Iuv. sat. I 3, 72* 19 magnarum] *r* magnorum *RK* 20
Verg. Aen. II 445 sq. (desicit Rom.) 1. *GL* 21 turres et] *sic aliquot Pierii codd.*
Vergil. turris ac libri Verg. fere omnes tecta] *sic etiam Med. Fr. et Pal. m. alt.*
 tota *Pal. m. pr.* 22 uellunt *RBDGL* 23 *Verg. georg. II 443* in verbis
 secundo *georg. desinit A* 24 cypressosque *B* cupressosque *K* comparessosque *G* cypa-
 resosque *L* cupressosque *Pal. cyparesosque Rom.*

Sallustius in *Catilinario*: domos suas gloria decorabant.
Terentius in *eunucho*:

domi focique fac vicissim ut memineris.

Virgilius in VI:

Hic labor ille domus et inextricabilis error; 5
per omnes igitur casus tam secundae quam quartae invenitur absque dativo
et ablativo pluralibus, qui semper in 'bus' exeunt.

Sunt tamen quaedam nomina, quorum aliqui casus in usu deficiunt:
quos quamvis secundum analogiam possumus proferre, tamen, quia apud
auctores non invenimus, recusandos puto, ut 'huius tibi huic' et 'ab hoc
tabo'. Lucanus in VI:

Stillantis tibi saniem.

Virgilius in III:

Et terram tabo maculant, mihi frigidus horror.

28 ceteri vero casus in usu non facile inveniuntur. 'maria', 'aera', 'vina', 15
'mella', 'hordea' genitivos et dativos plurales in usu raro habent nisi
apud vetustissimos, apud quos multa praeterea deficientia invenies. oportet
igitur scire quidem analogiae rationem, usum tamen auctorum magis aemu-
lari. 'duo' praeterea et 'ambo' genitivos quidem et accusativos secun-
dum hanc declinationem proferunt, 'duorum, amborum', 'duos, ambos', 20
quamvis in neutro differentiae causa 'duum' soleat dici, nec non accusati-
vus masculinorum est quando similis nomi[nativo] profertur, quomodo in
neutris. Virgilius in XI:

Si duo praeterea tales Idaea tulisset

Terra viros. 25

Lucanus autem in I:

Quae mare, quae terras, quae totum possidet orbem,

• Non cepit fortuna duos. |

1 *Sall. Cat.* 12, 4 catilinario RBD domus GLK suas ex suos corr. B sua
gloria v. l. libro. Sall. 2 *Ter. eunuch.* III 7, 45 eunacho L iunacho G iunuchō K 4
et virgilius L *Verg. Aen.* VI 27 V. RBDH 5 horror Rr 6 igitur om. G casus Dd
inuenitur K 8 usu* (s) H 9 quos] quod GL saecundum R possumus
Rr quia om. G 10 actores Hh 11 *Luc. Phars.* VI 548 12 saniem] sic
Luc. Voss. b in litura 13 *Verg. Aen.* III 29 14 maculat K sanguis Hh
15 "casus" vero K in usu om. G 16 ordea DHGLK habet Hh 17 apud
(apud r) quos RH deficientia G deficientia K 18 auctorum add. h malis B
20 duorum et amborum Hr duos et ambos RE 21 soleant B solebant G
accusativos LK 22 similes GLK proferunt L 23 *Verg. Aen.* XI
285 sq. 24 talis *Med. Pal. Rom.* Idaea] libri *Verg.* idea codd. *Prisc.* tullis-
set G *Pal.* 26 *Luc. Phars.* I 110 sq. 27 possidet G continet libri aliquot *Luc*
et pro v. l. m. ant. spscr. in *Voss. B* orbem] r orber R 28 nunc cepit r nunc
coepit BK coepit GL *Voss. A* cepit *Voss. B* fortuna GLK

p. 746 P.

p. 311 K.

Iuvenalis similiter in II:

Tune duos una, saevissima vipera, cena,
Tune duos?

dativos vero et ablativos in 'bus' terminant in omni genere: 'duobus dua-
bus', 'ambobus ambabus'.

DE ACCVSATIVI PLVRALI SECVNDAE DECLINATIONIS.

Accusativus pluralis secundae declinationis in masculino et feminino genere fit ablativo singulari addita s: 'a docto: hos doctos', 'a platano: has platanos'. neutra enim semper accusativum similem habent nominativo et vocativo.

DE TERTIAE DECLINATIONIS TERMINATIONIBVS.

Tertia declinatio terminationes habet nominativi septuaginta octo vel VII 29 paulo plus. desinit enim in 'a' correptam et in 'e' correptam, in 'o' correptam, in 'o' productam, in 'al' correptam, in 'el' correptam, in 'el' productam, in 'il' correptam, in 'ol' productam, in 'ul' brevem, in 'an' productam, in 'en' correptam, in 'en' productam, in 'in' productam, in 'on' productam, in 'ar' correptam, in 'ar' productam, in 'er' correptam, in 'er' productam, in 'ir' correptam, in 'or' correptam, in 'ur' correptam, in 'ur' productam, in 'as' correptam, in 'as' productam, in 'es' correptam, in 'es' productam, in 'is' correptam, in 'is' productam, in 'os' correptam, in 'os' productam, in 'us' correptam, in 'us' productam, in 'ys', in 'aes', in 'aus', in 'ans', in 'ens', in 'ons', in 'uns', in 'yns', in 'ars', in 'ers', in 'ors', in 'urs', in 'uds', in 'ems', in 'abs', in 'ebs' correptam, in 'ebs' productam, in 'obs', in 'ybs', in 'urbs', in 'aps', in

ue
1 Iuvenalis *Gg* Iuv. sat. II 6, 641 sq. in II similiter *GLK* 2 saevissima
G caepa *BDGL* 3 post duos: consumpsisti *add. D del. d* 4 dativos *Rr* da-
tium *L* ablativos *Rr* 5 ambobus ambabus ambobus *L* 6 PLVRALI] *r* PLVRA-
118 *R* 7 declinationis *r* in *om. GL* et in feminino *H* 8 genere *om. GLK*
add. l ut a docto *K* 9 enim in *litura B* 10 uocatio *ex* accusatio *corr. in*
L 11 TERTIAE DECLINATIONIS *D* TERMINATIONIBVS TERTIAE DECLINATIONIS *B* 12
Tertia *ex* Tertia *corr. B* declinatione *Dd* habent *DK* et octo *K* 13 paulo
specr. h Desinim enim *R* et in e] in e *L* et e *G* 14 et in o productam *GK*
et in el correptam *GL* 15 et in il *K* ol producta *B* 17 in ar correptam
in ar productam *Rr* 18 in or correptam in or productam *L* in ur cor-
reptam *B* 19 in ur productam *om. L* as correptam *B* as producta *B* es
correpta *B* 20 es producta *B* is correpta *B* is producta *B* in os cor-
repta — in us productam *add. r* 21 os correpta *B* os producta *B* us cor-
repta *B* us producta *B* 22 in ys] in is *R* in ons] in ons *** *H* in ons
utraque *Dk* in ons utraque correpta et producta *B* in uns] in uns utraque *RGLK*
in yns] in ins *R* in uns. In ins *r* 23 em *Hh* In ebs correpta. In ebs pro-
ducta *B* in ebs productam in ebs correptam *LK* ebs corrept *g* ebs *G* 24 ebs
produc *g* ebs *G* ybs] +bs (y) *H*. urs *H*

p. 745. 46 P.

p. 311. 12 K.

'eps', in 'ops', in 'yps', in 'irps', in 'ax' correptam, in 'ax' productam, in 'ex' correptam, in 'ex' productam, in 'ix' correptam, in 'ix' productam, in 'ox' || correptam, in 'ox' productam, in 'ux' correptam, in 'ux' productam, in 'yx', | in 'aex', in 'aux', in 'alx', in 'anx', in 'unx', in 'arx', in 'ac', in 'ec', in 'ut'.

30 In 'a' correptam neutra Graeca, ut 'hoc poemă huius poematis'.

In 'e' correptam neutra Latina, ut 'hoc monilē huius monilis'.

In 'o' correptam, quam frequenter et producunt poetae, masculina desinunt vel feminina vel communia Latina vel notha: 'hic Cicerō huius Ciceronis', 'hic leō huius leonis', 'haec virgō huius virginis', 'hic' et 'haec homō huius hominis'. (antiquissimi tamen et Graeca in o productam desinentia per hanc declinationem proferebant, ut 'Sapphō Sapphonis', 'Didō Didonis'.)

In 'al' correptam masculina vel neutra Latina vel barbara: 'hic sāl huius salis', 'hic Hannibāl huius Hannibalis', 'hoc tribunāl huius tribunalis'.

In 'el' correptam neutra Latina, ut 'hoc mēl huius mellis', 'fēl fellis'.

In 'el' productam barbara, ut 'hic Daniēl huius Danielis', 'Michaēl Michaelis', 'Nechamēl Nechamelis'.

31 In 'il' correptam masculini vel feminini vel communis sunt generis Latina: 'hic pugīl huius pugilis', haec Tanaquīl huius Tanaquilis', 'hic' et 'haec vigīl huius vigilis'.

In 'ol' productam masculinum Latinum: 'hic sōl huius solis'.

1 eps *add. g* yps] ips *GLh* irps] urps *Rr* ax correpta *B* ax producta *B* 2 ex correpta *B* ex producta *B* ix correpta *B* ix producta *B* 3 ox correpta *B* ox producta *B* ux correpta *B* ux producta *B* 4 yx] ix *R x H* aex] ex *R* aux *ex ni f. corr. H* 5 arx *ex ar* corr. B* 6 correpta *B* neutra et graeca (graeca *Brđ*) *BGLKrd* et neutra et graeca *D* huius *om. B* 7 correpta *B* neutra et latina *r* ut *om. BDGLK* ^{vnile} mo.

huius monilis *Rr* monile .lis *et sic per seqq. GL* munile huius .lis *et sic in sqq. K* 8 o correptam neutra *D* correpta *B* correptam ** frequenter (tū) *L* et frequenter *B* 9 cicaero *D* 10 haec virgo] *b* hic uirgo *B* 11 antiquissimi — Didonis] *B et libri quidam recentiores, veluti Colontensis-Wallraffianus saec. XII, Darmst. m. alt., om. vell. mei omnes* 14 correpta *B* et barbara *BDHGLK*

hic sal] *om. B in marg. add. b* ut hic sal *L* 15 hic *om. L* ^h annibal *R* annibal *BD* huius *om. L* Hannibalis] *in mg. L* ^h annibalis *RH* annibalis *BD* hoc animal animalis tribunal .lis *L* hoc tribunal huius tribunalis *om. G add. g* 17 correpta *B* ut *om. BHGLK* hoc fel *BGL* 18 huius fellis *B* 19 producta *B* ut *om. BHLK* danihel *BDH* danihelis *BDH* michael michaelis *BD*

michael .lis *G* michel .lis *K* nechamel .lis michael .lis *L* 20 michaelis *H* Nechamel Nechamelis] *om. HK complures codd. Krehl.* nechamiel nechamielis *D* 'hic Necamel, ab hoc Necamele, horum Necamelum' *inc. de nom. et pron. 12 anal. Vindob. p. 130. idemne nomen Nechamel latet in v. l. lib. V § 11? quo pertineret, frustra quaesivi.* Nectabel Nectabelis *nōstro etiam l. Heidelb. teste Lindemanno* 21 correpta *B* 22 ut hic pugil *G* huius *om. GL* tanacil .lis *G* huius tanaquilis *spscr. in L* 24 producta *B*

p. 746. 47 P.

p. 312. 13 K.

In 'ul' breuem masculini vel communis Latina: 'hic consül huius consulis', 'hic' et 'haec exül huius exulis'.

In 'an' productam masculina Graeca: 'hic Paeän huius Paeanis'.

In 'en' correptam Latina masculina vel neutra: 'hic flamën huius flaminis', 'hoc numën huius numinis'.

In 'en' productam Latina vel Graeca masculini vel feminini generis: 'hic liën huius lienis', 'haec Sirën huius Sirenis'.

In 'in' productam Graeca masculina vel feminina: 'hic delphïn huius delphinis', 'haec Trachïn huius Trachinis'.

In 'on' productam Graeca masculina vel feminina: 'hic Memnôn huius Memnonis', 'haec Sidôn huius Sidonis'.

In 'ar' correptam Latina et Graeca et barbära masculini vel neutri generis: 'hic Caesär huius Caesaris', 'hic Bostär huius Bostaris', 'hoc nectär huius nectaris', 'hoc calcär huius calcaris'.

In 'ar' productam Latina masculini vel comunis vel neutri generis, et sunt vel monosyllaba vel ex monosyllabis composita: 'hic När huius Naris', 'hic' et 'haec' et 'hoc pār huius paris', 'dispär disparis', 'hoc fär huius farris'.

In 'er' correptam masculina, feminina et neutra et communia, ut 'hic patër huius patris', 'haec matër huius matris', 'hoc tubër huius tuberis', 'hic' et 'haec paupër huius pauperis'.

In 'er' productam Graeca masculina et unum Latinum vel magis notum neutri generis: 'hic aër huius aeris', 'hoc vër huius veris'.

In 'ir' unum femininum, 'haec Gaddir huius Gaddiris'. quidam addunt 'hic abaddir', *ὁ βαίτυλος*, 'huius abaddiris', lapis, quem pro love devoravit Saturnus, sed in usu hoc non inveni.

In 'or' correptam masculina et feminina et neutra et communia tam

1 in ul correptam *GL* masculini* (s) *B* masculina uel communia *L* masculinum uel commune *K* 3 producta *B* pean huius peanis *BH* pean .nis *GL*
 4 correpta *B* masculina latina *GL* 6 producta *B* masculina uel feminina (feminini *h*) generis *H* 7 syren *B* syren huius syrenis *H* siraen nis (i) *L* sarenis (i?) *B* syrenis *b* 8 In in] in *littera h*, alterutrum *om. videtur H*
 producta *B* ut hic delphin *G* ut hic delphin .nis *L* hildelphin *D* 9 trachim *B* 10 producta *B* mem non *H* 11 sydon .nis *L* 12 correpta *B* graeca uel correpta uel barbära *K* masculini *sup. lin. add. r* 13 huius Caesaris — calcaris *om. G* huius caesaris hoc nectär huius nectaris hoc calcar huius calcaris hic bostar huius bostaris in *littera g* 15 producta *B* masculina *RH* 16 uel .syllaba uel ex sunt monosyllabis *Rr* nar. ris et sic per *sqg.*
L 17 'par' hoc *H* dispar .ris in *mg. add. K* 19 correpta *B* et feminina *G* et neutra] *r* neutra *R* ut *om. GL* 21 hic et haec et hoc pauper *GK*
 22 grega *D* masculina graeca *HGLK* notum *Dd* 23 hoc uer in *rasura B* 24 ir correptam *D* unum neutrum eiusdem declinationis haec *B* gaddir] *k* gadir *BDH* gradir *GLK* gaddiris] gadiris *BDH* gradiris *GL* .ris *K* 25 hic *om. D* *βαιτύλος*] *μ* *BETVAOC BDH* *BETVAOC G* *BETVAOC R* *BETVAOC K* *BETIAAOC L* ad *uel* abdiris *Hh* 26 husu *D* inveni] *r* inuenitur *RGK* 27 et femiina *Rr* uel et feminina *G* uel feminina *LK* et neutra] uel neutra *GL*

p. 747. 48 P.

p. 313. 14 K.

Graeca quam Latina: 'hic Hectōr huius Hectoris', 'hic oratōr huius oratoris', 'haec uxōr huius uxoris', 'hoc aequōr huius aequoris', 'hic' et 'haec auctōr huius auctoris', 'hic' et 'haec' et 'hoc memōr huius memoris'.

Virgilius in IIII Aeneidos:

tum, si quod non aequo foedere amantes 5

Curae numen habet iustumque mēmorque, precatur.

33 (inveniuntur tamen et haec et omnia paene communia masculini et feminini, quod, etiam si non faciant ex se neutra, saepe tamen neutris adiunguntur figurate - ut Virgilius in X:

Italiam petiit fatis auctoribus; esto, 10
et in bucolico:

Pauperis et tuguri congestum cespite culmen,
et in VI:

Curibus parvis et paupere regno - ,

quamvis pluralis nominativus eorum, hoc est neutrorum ex supra dictis nominibus, in usu frequenti non sit ex eis, quomodo neque ex aliis communibus duum generum. nam si sint communia trium generum, sine dubio masculini quidem et feminini in 'es', neutri vero in a proferunt nominativum pluralem, ut 'hi' et 'hae sapientes' et 'haec sapientia', ergo 'hic' et 'haec' et 'hoc sapiens'; 'hi' et 'hae pares' et 'haec paria', 'hic' et 'haec' et 'hoc par'; 'hi' et 'hae ancipites' et 'haec ancipitia', | 'hic' et 'haec' et 'hoc anceps'; 'hi' et 'hae felices' et 'haec felicia', 'hic' et 'haec' et 'hoc felix'; 'hi' et 'hae veteres' et 'haec vetera', 'hic' et 'haec' et 'hoc vetus'. quae igitur in plurali numero a ter|minationem non accipiunt, quae propria est neutrorum, manifestum est, trium generum non esse communia, sed masculini et feminini, figurate tamen per obliquos plerumque casus, 25

1 haector RDH hector G haectoris RDH ris G horatoris Rr 2 hoc aequor] d
ho aequor R haec aequor D haec et hoc auctor L 4 Verg. Aen. IIII 520sq. (def-
cit Rom.) in IIII eneidis libro Rr in IIII aeneidos libro BH in IIII eneidis Dd aeni-
dos IIII G aeneidis IIII L in IIII aeneidis K 5 quod Med. equo G federe
RL amantis Med. Pal. Fr. 6 praecatur RB 7 inveniuntur in litura g et
om. H. et haec] om. GLK haec l feminini generis GL 8 quod] quod Kk
quae RL etiam si] etiam GLK uel si g faciunt DHGLK Rr adiunguntur G
9 ut om. HGL Verg. Aen. X 67 10 petit Med. petit Pal. Rom. aesto Rr
11 Verg. ecl. 1, 69 cf. § 13 bucolico Kk bucolicis L? bucolicis G? 12 tugu-
ri* (i) L tugorii G tugori K 12 con⁸estum G coniestum B cespite L 13 Verg.
Aen. VI 812 14 Curibus Rr curibusq. Rom. paupere terra Vergilius 15 ho^c
est Rr ex in litura in H 16 ex eis eras. in H 17 generum trium GL
19 ergo et hic et H 22 haec felicia] hae felicia D 24 accipiunt] habent GLK
propriae D 25 nutrorum H 26 casus plerumque K casus plerunque GL

p. 748 P.

p. 314 K.

raro autem per nominativum coniungi etiam neutris, ut Virgilius in VIII:

Nulla dies umquam memori vos eximet aevo,
et Iuvenalis in IV saturarum:

titulique cupido

Haesuri saxis cinerum custodibus,

quamvis 'hoc custos' raro nisi figurate invenias et 'haec custodia' pluraliter nemo dicat. sic ergo neque 'haec memora' vel 'auctora' vel 'paupera' neutraliter puto facile in usu posse inveniri, sed, sicut supra dictum est, figurate sunt prolata et haec et alia plurima huiuscemodi apud auctores. inveniuntur tamen quaedam, quae obliquos casus communes possident, quamvis nominativus non sit communis, ut 'plus' cum sit neutri nominativus dumtaxat, genetivus eius communis est trium generum nec non et dativus et ablativus, unde pluralia quoque tam in 'es' quam in a invenimus: 'hi' et 'hae plures' et 'haec plura' vel 'pluria', unde compositum 'compluria'. Terentius in Phormione:

Multa adveniēti †nova, ut fit, compluria.

ablativus quoque tam in e quam in i terminans invenitur, utpote communis trium generum, et accusativus pluralis tam in 'es' quam in 'is'.

Virgilius in I georgicon:

Seu pluris calor ille vias et caeca relaxat
Spiramenta.

Horatius in I epistularum:

Tractus uter pluris lepores, uter educet apros.)

In 'ur' correptam Latina masculina et communia et neutra: 'hic turtur huius turturis', 'hic' et 'haec augur auguris' - Horatius in III carminum:

1 coniugi RD coniungi G Verg. Aen. VIII 447 3 Nullo GL Nulla dies
Nulla dies K 4 Iuv. sat. III 10, 143 sq. IV Krehtius t. II p. 521 VI libri
satirarum d satyrarum rh satura tum G saturatum K 5 tituli q̄ GL tutulique K
cupido H 6 haesauri GL thessauri K 7 inuenies DL custodia GLKH
8 nequae R 9 neutraliter H inuenire Dd supradictum figurate L
10 et alia Dd huiuscemodi plurima GL huiusmodi DK 11 causus B
possedent G possedent K 12 non fit G cum sit om. GLK nominatius
neutri DGLK 15 plures] d plurales D compositum] h composita H 16 Ter.
Phorm. III 3, 6 formione GL 17 aduenienti*(a) B aduenienti ut fit noua
hic Terentius et ipse Priscianus infra § 74 ut sit L fit nunc cūpluria D 18
ablatius R 20 Verg. georg. I 89 sq. cf. § 86 1] g II G rell. 21 plures GL
Pal. num sic h. etiam l. Priscianus, ut singula utriusque terminationis exempla proponeret? calor] ador H 23 ora K Hor. epp. I 15, 22 II. H aepistolarum K
24 tractus] b tracus GLK tra*** (cus?) B tractatus k uter] at GL
autem K plures] d cum parte codd. Horat. utere ducet GL 25 correpta B
26 huius auguris H huius] ris K oratius K ortius G Hor. carm. III 17, 12 sq. III. B II. K U. L

nisi fallit augur

Annosa cornix —,

'hoc Tibŭr huius Tiburis'.

In 'ur' productam unum invenitur commu|ne duum generum: 'hic' et 'haec fŭr huius furis'.

VIII 35 In 'as' correptam Graeca masculini vel feminini vel neutri vel communis generis: 'hic Arcās' [proprium] 'huius Arcadis', 'haec Pallās huius Palladis', 'hoc Cerās' [proprium loci] 'huius Ceratis'; 'hic' et 'haec Arcās' [gentile] 'huius Arcadis'.

In 'as' productam Graeca et Latina masculini vel feminini vel neutri vel communis generis, ut 'hic Atlās huius Atlantis', 'hic Maecenās huius Maecenatis', 'haec civitās huius civitatis', 'hoc vās huius vasis', 'hic' et 'haec Capenās huius Capenatis'.

In 'es' correptam Latina masculina vel feminina vel communia duum vel trium generum, ut 'hic Coclēs huius Coclitis', 'haec segēs huius segetis', 'hic' et 'haec milēs huius militis' - Ovidius in II metamorphoseon:

Miles erat Phocbes

de Callistone dicit —, 'hic' et 'haec' et 'hoc terēs' - Virgilius in VII:

sed haec tereti mos est aptare flagello —,

'hebēs hebetis', 'sospēs sospitis' - Iuvenalis in V:

nec umquam

Depositum tibi sospes erit —,

'hic' et 'haec' et 'hoc hospēs huins hospitis'. Lucanus in V:

Hospes in externis audivit curia tectis,

1 fallat B ^u agur D 2 annosa] h annos a H 3 hoc] b hic B titur L
tituris L 4 producta B duorum GL uel duum g 6 correpta B 7 ut hic
arcas GLK proprium om. H Arcadis] d archadis RDH 8 caeras GLK
'Plures Codices, nec ū spernendi, omittunt proprium loci' Krehlius Ceratis] scripsi

ceradis RBDH caeradis GLK hi H • 9 'huius arcadis' gentile L archadis
Dd 10 producta B graeca masculina et GLK masculinia K 11 adlas Dd
athlas BHLK athlantis / huius H adlantis Dd athlantis BL 12 hoc uas
— Capenatis add. g uassis K 14 correpta B masculina latina GLK 15
Cocles] r codes R 16 Ovid. metamorph. II 415 18 erant R phebēs K

19 calistone DHGLK teres huius teris ^{et} Dd Verg. Aen. VII 731 VII ex IIII
corr. B VI H 20 tereti] sic etiam lib. V § 25 et infra § 65 teriti LK lento Vergi-
lius, apud quem teretes extat in versu praecedente: teretes sunt aclydes illis | Tela
tereti v. 731 etiam duo ex Burmanni libris Vergilianis, ex Prisciano scilicet interpolati
21 Iuv. sat. V 13, 177 sq. V] H et sic libri plerique lib. V § 25, omnes infra
§ 65; h. l. III. RBD IIII. GLK 22 nec umquam] cf. lib. V § 25 23 tibi] † (i.

e. uel pro t) G 24 et hoc del. dk hospes] b ***pes B ospes ubique h. l. GK
h huius .tis
ospes L huius om. H Luc. Phars. V 11 cf. lib. V § 24

p. 749 P.

p. 315. 16 K.

'haec hospes curia'. (invenitur tamen et 'haec hospita': Virgilius in Aeneidos III:

bellum, o terra hospita, portas.

similiter 'haec sospes' et 'sospita' prolatum est ab auctoribus. Ovidius in II fastorum:

Sospita delubris dicitur aucta novis.

neutra quoque supra dictorum pluralia tradit usus. Statius in IIII 36 Thebaidos:

Accipias, fessisque libens iterum hospita pandas
Flumina.)

In 'es' productam tam Graeca quam Latina masculini generis vel feminini vel communis: 'hic Chremēs huius Chremetis' et 'Chremis', 'hic verrēs huius verris', 'haec caedēs huius caedis', 'hic' et 'haec herēs huius heredis'.

In 'is' correptam tam Graeca quam Latina masculini generis vel feminini vel communis: 'hic Paris huius Paridis' vel 'Paris', 'hic collis huius collis', 'haec Thetis huius Thetidis', 'haec cuspīs huius cuspidis', | 'hic' et 'haec utilis huius utilis'.

In 'is' productam Graeca et Latina masculina vel feminina vel communia: 'hic delphis' vel 'delphin huius delphinis', 'hic Aris' [proprium] huius Arinis' - Cicero pro Scauro: Arinis uxorem -, 'haec Soteris huius Soterinis' - Plautus in vidularia:

Immo id, quod haec nostra est patria et quod hic
meus.

Pater, illic autem Soterinis est pater -,
'hic Dis' [proprium, id est *Ἰλιούτων*] 'huius Ditis' et 'hic' et 'haec dis'

I hospita] sic h. l. etiam K Verg. Aen. III 539 in om. K 2 aenidos G
aeidos K III aeneidos Hd IIII aeneidos B IIII. RDK II. L 4 Ovid. fast. II
56 6 dicitur] ex ducitur corr. H dicitur Ll 7 Stat. Theb. IIII 842 sq. 9
accipiens D fessisque GLK 11 generis quam G feminini nel neutri uel K
12 uel communis — Verris om. D uel communis add. d chremes K creines H
huius om. L cremetis H et Chremis] om. R add. r et chremis K et huius cre-
metis H 13 heris Rr haeres G huius add. b 14 haeredis G 15 his Rr
correpta B masculi R 16 communis ut hic B 17 haec] hae R Thetis] d
tētis DG tētis K thētis L tētidis R thethidis d thetis D tētis G tithis L tētis K
thētis uel theditis B cuspidis] d cuspidis DH 19 productam] r producta
RB et masculina B 20 ut hic L delfis uel delfa huius delfinis GL 21
Cic. pro Scauro cf. lib. VI § 28 cau. ro Dd stauro Kk 22 Plaut. vidul. fr. 10 p.
442 Both. uidullaria Rr 26 hic Dis] d his dis ni f. D *** id est (est) H
ΠΛΑΥΤΩΝ D plouton B pluton RH plauton Lb ΜΙΑΟΤΩΝ Kk ΜΑΙΑΤΩΝ G ditis hic
huius ditis
HG et haec et hoc dis Dd et haec di*(ti)s haec uis L

p. 749. 50 P.

p. 316. 17 K.

[appellativum] 'huius ditis', 'haec vis huius vis', 'hic' et 'haec Samnis huius Samnitis'.

37 In 'os' correptam unum Latinum neutrum 'hoc ōs || huius ossis', quod etiam 'hoc ossum' antiqui protulerunt. Gellius libro XXX: calvariaeque eius ipsum ossum expurgarunt inauraveruntque. 5

In 'os' productam Graeca et Latina masculini vel feminini vel neutri vel communis generis: 'hic herōs huius herois', 'hic nepōs huius nepotis', 'haec dōs huius dotis', 'hoc ōs huius oris', 'hic' et 'haec compōs huius compotis'.

In 'us' correptam Latina masculini vel feminini vel neutri vel communis duum vel trium generum: 'hic lepūs huius leporis', 'haec Venūs huius Veneris', 'hoc tempūs huius temporis', 'hic' et 'haec Ligūs huius Liguris', 'hic' et 'haec' et 'hoc vetūs huius veteris'.

In 'us' productam Graeca vel Latina masculina vel feminina vel communia vel neutra, ut 'hic Melampūs huius Melampodis', 'hic mūs huius muris', 'haec virtūs huius virtutis', 'hic' et 'haec sūs huius suis', 'hoc tūs huius turis'.

38 In 'ys' Graeca masculina vel feminina: 'hic amphibrachys huius amphibrachyis', 'hic Capys huius Capyis', 'haec Erinys huius Erinysis'.

In 'aes' Latinum unum masculinum 'hic praes huius praedis' et unum neutrum 'hoc aes huius aeris', cuius plurales obliqui in raro sunt usu, 'aera aetrum aeribus'. Cato in oratione, qua in senatu suasit, ut

1 appellativum *om.* G appellativum *D* distis *K* haec vis] b h uis *B* samnis samnitis *L* 3 correpta *B* hoc os *d* haec os *D* huius *om.* *K* 4 A Gellius h Gellius lib. XXX] *i. e. Cn. Gellii annalium libro XXX. libro XXXIII haec assignat Charisius p. 40. 112 P. indeque Krausius fr. hist. R. p. 205, Rothius fr. 20 p. 308*

lib r liber *R* libri *Dd* in libro *H* caluariaeque *Dd* 5 ipsum ipsum *K* expurgauerunt *H* inauraueruntque (h) *K* 6 oc *K* graecam *Rr* masculini et feminini *L* 7 haeros *L* aeros (h) *G* aeros *K* herohis *R* haerois *L* aerois (h)

G aerois *K* haerois (d) *D* hic nepos *Rr* 10 correpta *B* communis generis et hoc uetus ueteris

-i duum *K* 11 haec uenus huius ueneris *Rr* 13 ligoris *LK* haec uetus *K* 14 producta *B* uel latina uel masculina *GL* uel latina uel masculina *K*

uel neutra uel communia *L* 15 ut *postea insertum et ad mg. add. in L* 16 *post*

uel opus opantis
muris: haec opuns nomen urbis huius opuntis *add. B* haec orons huius orontis *D del.*
d hic odipus huius odipodis *GL et ex* hic ophus huius ophudis *corr. K* sus suis
G 18 ys] is *D* ut hic *K* amphibrachis *RB* amphibrachis *D* amphibrachys

G amphibrachis *Rr* amphibrachyis *D* amphibracheys *B* amphibrachys *G* amphibracheis *H* amphibrachis *L* .yis *K* 19 haec *Rr* haec *BH* capis *DH* huius

om. D capys *R* capiys *H* capeys *B* capydis *GL* .yis *K* haec *add. d* Erinys] b herinys *D* herynis *RG* herynys *BLK* g herynys *H* erinys *H* eriniys *B* herynus *R* herynis *LK* herynys *G* haerinyis *D* 20 es *B* ut hic praes *DGL*

predis *B* 21 plurales] h pluralium *RBDH* usu] r huius *R* 22 aera] ex *corr. d* Cato in oratione ... ut plura aera equestria fierent: *Meyerus l. 1, p. 85 sq. cf. Brillenburgium de M. Porcio Cat. p. 71* quia *D* quia *h* suasit *K*

p. 760. 51 P.

p. 317 K.

plura aera equestria fierent: nunc ergo arbitror oportere restitui, quin minus duobus milibus ducentis sit aerum equestrium. in eodem: de aeribus equestribus de duobus milibus actum.

5 In 'aus' Latina duo feminina: 'haec laus huius laudis', 'haec fraus huius fraudis'.

In 'ans' Latina masculina vel communia duum vel omnis: 'hic quadrans huius quadrantis', 'dodrans dodrantis', 'hic' et 'haec infans' [τὸ νήπιον] 'huius infantis', 'hic' et 'haec' et 'hoc infans' [ὁ ἄλλος, huius] 10 'infantis' et 'amans', quod nomen est, cum pro amatore accipitur, 'amantis'. invenitur etiam unum femininum, 'haec glans huius glandis'. sic enim Lucretius, ut supra dictum est, profert et Ovidius in XIII metamorphoseon:

ut lata plumbea funda

15 Missa solet medio glans intabescere caelo.

In 'ens' Latina masculina vel feminina vel communia duum vel trium 30 generum: 'hic Vfens huius Vfentis', 'haec mens huius mentis', 'hic' et 'haec parens huius parentis', 'hic' et 'haec' et 'hoc prudens huius prudentis'.

20 In 'ons' Latina masculina vel feminina vel omnis: 'hic mons huius montis', 'haec frons huius frontis', 'hic' et 'haec' et 'hoc insons huius insontis', quod solum teste Probo o ante 'ns' habet correptam, et eius simplex 'sons sontis'.

In 'uns' similiter Latina masculina: 'hic Arruns huius Arruntis'.

25 In 'yns' unum Graecum invenitur femininum: 'haec Tiryns huius Tirynthis'.

1 aequiestria (s?) LK ergo om. GLK oportere] b oportere B 2 institui Lipsius de militia Romana lib. 1 dial. V p. 33 ed. Antwerp. a. 1598, quem tacite sequitur I. F. Gronovius de pecunia vet. III 2 p. 275 ed. Amst. 1656 quin minus] scripsi qui minus H quo minus vell. ne quo minus Lipsius quo ne minus C. T. Zumptius ub. d. rom. Ritter etc. p. 13 milibus actum ducenti⁸ Dd 3 aequiestrium RDHG

Cato in eodem (sc. libro): Meyerus l. l. eadem Krehlius 'pertinet fortasse de aeribus equestribus ad titulum orationis' Krehlius aequiestribus RD equestrioribus R 4 auctum R 5 feminina duo H 7 ans] d as D 8 huius dodrantis GL hic et haec et hoc infans ΟΑΑΤΩΝΗΠΙΟΝΑΛΟΣ huius infantis B τὸ νήπιον] om. H ΟΑΑ ΤΟΝ ΝΗΠΙΟΝ Δ&ΛΟΣ Rr huius infantis ΤΩΝΗΠΙΟΝ GLK 9 hic et haec — infantis in mg. add. K ὁ ἄλλος] hic om. RBH ΟΑΑΑΑΑΟΣ G huius om. DGLK 10 pro add. d 12 Lucretius] v. lib. VI § 96 ut] et r Ovid. metam. XIII 825 sq. cf. lib. VI § 96 14 plumbea K 15 missa K missa solet

missa solet L solent Hh glans ut Rr 17 hic mens Rr 20 omnis K omnis generis D omnis ut H 22 insonthis D Prob. de cath. nom. p. 1473 P. 130 L. cf. p. 1444 P. 104 L. correptum L 23 et huius K 24 masculina uel femi-

nina L aruns GLK aruntis GLK 25 hyc Rr tyryns RGLK tyryns BD tyryns H 26 tyrynthis R tyryntis BGLK tyryntis D tyryntis H

p. 751 P.

p. 317. 18 K.

In 'ars' Latina masculina vel feminina: 'hic Mars huius Martis', 'haec ars huius artis'.

In 'ers' Latina omnis communia generis: 'hic' et 'haec' et 'hoc iners huius inertis'.

In 'ors' Latina masculina vel feminina vel omnis: 'hic Mavors huius Mavortis', 'haec cohors huius cohortis', 'haec sors huius sortis' - cuius nominativum 'haec | sortis' protulit Plautus in 'Casina':

Vide ne qua illic insit alia sortis sub aqua --,
40 'hic' et 'haec' et 'hoc concors huius concordis'.

In 'urs' Latina communia trium generum: 'hic' et 'haec' et 'hoc Tiburs huius Tiburtis' [gentile].

In 'uls' unum femininum: 'haec puls huius pultis'.

In 'ems' unum femininum: 'haec hiems huius hiemis'.

In 'abs' Graeca et Latina masculina et feminina: 'hic Arabs huius Arabis', 'haec trabs huius trabis'. vetustissimi tamen etiam 'trabes' pro 'trabs' proferebant. Ennius in Medea:

Vtinam ne in nemore Pelio securibus

Caesa accedisset abiegna in terram trabes.

In 'ebs' correptam Latina omnis communia: 'hic' et 'haec' et 'hoc caelēbs huius caelibis'.

In 'ebs' productam unum femininum Latinum: 'haec plebs huius plebis'; dicitur tamen et 'haec plebes huius plebei'. Lucanus in III:
nescit plebes ieiuna timere.

In 'obs' feminina Latina: 'haec scobs huius scobis' et 'scrobs hu-

1 martys *D* post Martis: haec mars huius martis *add. R del. r* 3 latina
ex latinum corr. K omnia communis *B* communis *RH* communi *rh* commune
uel generis
G 5 masculina feminina *K* omnis hic mauors *D*. 6 coors *RGLK* coortis
RGK hortis *L* haec sors] exortis *D* haec sortis *d* haec sors huius sortis haec
sors huius sortis *K* 7 *Plaut. Cas. II 6, 28* cassina *K* 8 ne qua] *Kr cum*
Plauto neque *RDH* ne quae *BGL* aliqua sortis *B* sortis etiam *Plaut. Vet. m.*
pr. sors m. alt. 9 concordis] *b* concondis *B* 12 *uls in mg. add. h* puls *ex*
plus *corr. B* 13 *emps Rr* haec in *litura h* chiemps gemis *Rr* 14 *arbs H*
graeca masculina latina (et *L et infra lin. K*) feminina *GLK* et masculina et
BH *araps Dd arbs Hh* 15 etiam *om. HK* pro trabis *B* 16 *Enn. Med.*
fr. 1 v. 1 sq. p. 52 Both. Med. exulis fr. I v. 1 sq. p. 36 Ribb., p. 124 Vahl., apud
quos v. l. rell. h. l. testium conferenda est 17 *memore RB* 18 *cessa GL caesae*

Prisc. de metr. Ter. § 14 cod. regin. 1709 saec. X test. H. Keilio ^c *acedisset K*
accidisset r cecidisset h Coloniensis cecidissent Prisc. l. l. cum aliis testibus

abiegna in terram] in terram abiegna (abiegna *Rr* abiegna *K* abiegna *G*) libri *h. l.*
abiegnae (abiegne *cod. reg.*) ad terram *Prisc. l. l. et alii* abiegna ad terram *alii*
19 *ebs] r eps R* correpta *B* cummunia *K* 20 *celebis K* 21 *ebs] r eps*

R ^c *hae R* 22 *plebi Rr* *Luc. Phars. III 58* III. *L* 23 *plebis ieiuna (i)*
Kk 24 *latina feminina GLK* et haec *scrobs g* *scrobs scrobis L*

p. 751. 52 P.

p. 318. 19 K.

ius scrobis' (sic alii; sed Probus nominativum protulit similem genitivo), quod Plautus masculin^o genere profert in Amphitryone:

Ibi scrobes effodito tu plus sexagenos in dies.

In 'ybs' unum masculinum: 'hic chalybs huius chalybis'.

5 In 'urbs' unum femininum: 'haec urbs huius urbis'.

In 'aps' unum femi[nin]um: 'haec daps huius dapis'. sed nomina- 41
tivus in usu frequenti non est, quem Livius Andronicus in I Odis-
siae ponit:

Quae haec daps est, qui festus dies?

10 Horatius accusativum protulit in | II carminum:

Ergo obligatam redde Iovi dapem.

idem genitivum in IIII:

Nunc in reluctantes dracones

Egit amor dapis atque pugnae.

15 idem in epodo:

mutatae dapis

Inemori spectaculo.

In 'eps' masculina et omnis: 'hic manceps huius mancipis', 'hic' et
'haec' et 'hoc particeps huius participis'. 'adeps' vel 'adipes' in utro-
20 que genere invenitur. Varro in II rerum rusticarum: adipe suilla.

In 'ops' Latinum femininum unum: 'haec Ops huius Opis' [nomen ma-
tris deum et copia] (eius quoque nominativus^o in usu frequenti non est,
sed illius, quod ex eo componitur, commune omnis, 'hic' et 'haec' et
'hoc inops huius inopis'. vetustissimi tamen etiam 'hic' et 'haec' et
25 'hoc ops' et 'cops' pro 'opulentus' et 'copiosus' proferebant. Accius
de Hercule dicens:

1 Probus de cath. nom. p. 1462 P. 120 L. similem protulit BH 2 plauustus
D amphitryone D amphitryone L Plaut. Amphitry. fr. 11 p. 422 Both. cf. lib.
V § 41 3 scrobes] add. r scrobes G scrobis LK effodi Dd tu plus] scripsi
duplus Dd plus RBHGLK 'in aliis duplos' m. rec. in R indiges Rr 4
ybs] r yps R lbs BHGLK chalybs] π calybs rd calyps RD calips G calibs
BHLKg chalybis] π calibis libri 5 ubi H 6 aps] r abs RD 7 Livius] r
libius RDHGLK andranicus K odissia H odisei K odisei G odisei L
Liv. Andr. Od. I v. Hermannum elem. d. m. p. 619 coll. Hom. Od. I 225 10 ora-
tius Gk aratus LK Hor. carm. II 7, 17 in II. carminum accusativum protulit
B in om. H carm. specr. in K 12 genitivum] rd genitio RD Hor.
carm. III 4, 11 sq. III. GL 13 in se luctantes L 15 Hor. epod. 5, 33 sq.
epodo H 16 motate LK motatae l dapes K 17 inemori] α Horatius
in memori B memori vell. 18 ebs BD masculini HGLK ut hic manceps K
20 genere B Varro in II rer. rust. v. lib. V § 41 adipes illa libri
21 ops] d obs BD feminum H unum om. BD add. d 22 copia ** eius L
frequenti in usu G 23 hic haec et hoc inops R hic et haec inops B 24 ta-
men om. H 25 ops] r obs R et cops] et cors G et corps et cops D et corps
Kk opulentur Rr post opulentus: et corpulentus add. RBDGK et copulentus
(in litura n l) L actius H Att. fragm. inc. 31 p. 253 Both. XVI p. 190 Ribb.
26 de bercule L de bertule G

quorum genitor fertur esse ops gentibus,
 42 pro 'opem ferens et auxilium gentibus'. Sic Caper. potest tamen etiam
 feminino genere hic intellegi figurate coniunctum masculino, ut si dixisset
 'quorum genitor auxilium fuit gentibus'. tamen nominativo eius usus est
 Plautus in *cistellaria*:

Itaque me Saturnus eius patruus. - Et Castor pater! -
 Itaque me Ops opulenta illius avia. - Immo mater
 quidem!)

et Graeca: 'hic Pelops huius Pelopis', 'hydrops hydropis', 'merops
 meropis'.

In 'yps' Graeca: 'Cinyps Cinypis'.

In 'irps' Latinum unum: 'hic' et 'haec stirps huius stirpis'.

In 'ax' correptam Latina et Graeca, ut 'haec fāx huius facis', 'hic abāx]
 huius abacis', quod tamen et 'hic abacus huius abaci' frequens invenitur.

In 'ax' productam Graeca et Latina sunt masculina vel feminina vel
 omnis, ut 'hic Phaeāx huius Phaeacis', 'haec pāx huius pacis', 'hic' et
 'haec' et 'hoc audāx huius audacis'.

In 'ex' correptam Graeca et Latina masculina et feminina et commu-
 nia trium generum: 'hic Lēlēx huius Lelegis', 'hic grēx huius gregis',
 'haec ilēx huius ilicis', 'hic' et 'haec' et 'hoc artifēx huius artificis'.

43 In 'ex' productam Latina masculina vel femini]na sunt vel communia
 trium generum: 'hic rēx huius regis', 'haec lēx huius legis', 'hic' et
 'haec' et 'hoc exlēx huius exlegis'.

In 'ix' correptam Latina masculina vel feminina: 'hic calīx huius ca-
 licis', 'haec pīx huius picis', 'haec nīx huius nivis'.

In 'ix' productam Graeca et Latina masculina vel feminina vel com-
 munita trium generum: 'hic Phoenix huius Phoenicis', 'haec cornīx huius
 cornicis', 'hic' et 'haec' et 'hoc felix huius felicitis'. oportet autem scire,
 quod Graeci i et y ante x brevem esse volunt, etiam si in obliquis produ-

1 esse fertur *K* obs *R* 2 auxilium sibi gentibus *H* Caper] *de dub. gen. se-*
cundum Osannum de Capro p. 12 etiam *om. G* 3 hic *Rr* hoc *H* dixisset *R*
 4 inusus *K* 5 plautus *Dd* *Plaut. cistell. II 1, 37 (42) sq.* 6 patruus eius
Plautus et castor libri *Prisc. cum Vet. Plauti; leg. ecastor* pater] *r* patrem *R*
 7 mops *Rr* imo *K* 9 Pelops] *b* peloas *B* 11 ips *H* graeca *spscr.*
K cynips *RH* cynyps *BDGL* cynipis *H* cynipys *B* cynypis *L* cinyphys *R* cy-
 niphys *D* 12 strips *R* stirpis] *r* stripis *R* 13 correpta *B* ut *om. H*
spscr. K 14 tamen hic *D* 15 producta *B* 16 ut *om. BD* hifeax in hic
 pheax *corr. L* Phaeax] *r* pheax *DHGG* faeax *R* feax *B* pheacis *BDHGLK*
 feacis *R* 18 correpta *B* uel femina *L* 19 hic Lelex] *h* haec lelex *RHGLK*
 lelēx lelegis *H* hic grex huius grexis haec lelex huius lelegis *B* 21 post
 In ex pro *unum fol. excidit in B cf. § 46* uel masculina uel *L* sunt et commu-
 nia *GLK* 22 'hic et haec et hoc exlex .gts' haec 'lex .gis *Kk* 23 exlex] lex *R*
 25 hic pix .cis *G* 26 graeca latina *GLK* 27 penix *R* phenix *GL* phoenix
H huius *om. H* hius *R* phenicis *GL* haec cornix *ex* hic cornix *corr. K*
 28 autem] tamen *HK* 29 et *om. K* y] *l*, *add. k e G et in litara ni f. L*

p. 753 P.

p. 320. 21 K.

atur, ut 'Φοῖνιξ Φοίνικος', 'βόμβυξ βόμβυκος', a vero secundum genitivum etiam in nominativo produci vel corripī dicunt, ut 'κόλαξ κόλακος' corripitur in nominativo, quoniam et in genetivo corripitur, 'Φαλαῖξ' vero 'Φαλαῖκος' in utroque producitur. Latini tamen omnes vocales bitempores, id est διχρόνους, habentes, ad genitivum respicientes dicunt produci vel corripī vocales ante x positas in nominativo. inveniuntur igitur in 'ix' productam Latina, ut ostendi, feminina vel omnis: 'haec nutrix huius nutriticis', 'hic' et 'haec' et 'hoc pernīx huius pernīcis'.

In 'ox' correptam femininum: 'nōx noctis', et ex hoc compositum 44 commune: 'hic' et 'haec' et 'hoc pernōx pernoctis'. Iuvenalis:

si luditur alea pernox.

In 'ox' productam femininum vel omnis: 'haec vōx huius vocis', 'hic' et 'haec' et 'hoc velōx huius velocis', 'atrōx atrocis'.

In 'ux' correptam masculina vel feminina: 'hic Volūx huius Volucis', 15 'haec | nūx huius nucis'.

In 'ux' productam masculinum: 'hic Pollūx huius Pollucis', femininum: 'haec lūx huius lucis'.

In 'yx' Graeca tam masculina quam feminina: 'hic sandyx huius sandycis', 'haec Styx huius Stygis'.

20 In 'aex' femininum: 'haec faex huius faecis'.

In 'aux' unum femininum: 'haec faux huius faucis'.

In 'alx' unum femininum: 'haec falx huius falcis'.

In 'anx' unum: 'haec lanx huius lancis'.

1 Φοῖνιξ Φοίνικος] μ phoenix phoenicos RDK phenix phenicos GL phoenix phoenichos H βόμβυξ βόμβυκος] μ bombix bombicos RDGLK BOMBYΞ. BOMBY-

KOC in lacuna h -2 ut ΚΟΛΑΞ. ΚΟΛΑΚΟΣ in lacuna h ΚΩΛΑΞ ΚΩΛΑΚΟΣ Rr ΚΑΛΞ ΚΑΛΚΟΣ K colax colacos L 3 corripī+stūr (un) R corripiunt K corripiunt nomina

at corripitur GL et om. H corripitur om. DH producitur Rr producitur K Φαλαῖξ — producitur om. R add. r Φαλαῖξ] μ phaeax Dr pheax HGLK uero om. μ

4 Φαλαῖκος] μ phaeacis Dr phaeacis HGLK tamen] autem L bitemporis RrD

bitemporis HK 5 idem Rr ΔΙΧΡΩΝΩΥΣ Rr ΔΙΚΡΩΝΟΥΣ G ΔΙΚΡΟ*** H ΔΙΧΡΟΜΟΣ h ΔΙΧΡΩΝΟΥΣ L ad] et GLK getium R 6 in. positas in H ix] x L 7

ostendimus H 9 ex eo compositum GK 10 huius pernoctis L Iuv. sat. III

8, 10 12 productum H uox .cis G 13 uelox huius cis L post uelocis:

atrōx — uolucis om. R add. r 14 post feminina: uel communia add. D uelux

H huius om. GL uelucis H 15 post nucis: hic et haec dux add. D hic et

haec dux huius ducis h 16 masculinum uel femininum GL masculinum et femi-

nam K pullax huius .lucis G pullux huius .cis K pullux .cis L femininum

om. GLK 18 In ix H quam] tam L feminina sandyx GLK feminina haec

sandyx g sandix DH huius om. L sandycis] g sandicis RDG .cis L 19

hic steyx (r) L hic styx G hic styx stycis K styx Dd stix H huius hic et

h. l. fere ubique om. L Stygis] h sti*** R stigis Dr sticis G sticis uel stycis H

gis in litura l cis ni f. L 20 In ex H faex] d fex DH fecis DH 21

faux. faucis H 22 alx unum haec L 23 anx unum femininum GLK lan-

tis Rr

p. 753. 54 P.

p. 321 K.

- In 'unx' unum: 'hic' et 'haec coniunx huius coniugis'.
 In 'arx' unum femininum: 'haec arx huius arcis'.
 In 'ac' unum neutrum: 'hoc lac huius lactis'.
 In 'ec' unum neutrum: 'hoc || allec huius allecis'.
 In 'ut' 'hoc caput huius capitis'.

DE GENETIVO SINGVLARI TERTIAE DECLINATIONIS.

VIII 45 Et haec quidem terminationes nominativi tertiae declinationis. genitivus autem eius in 'is' desinit correptam, excepto uno monosyllabo, 'haec vis huius vis', quamvis omnes aliae declinationes producant terminationem eiusdem casus.

Oportet autem scire, quod in quibusdam pares habeat genitivus tertiae [declinationis] suo nominativo syllabas, in quibusdam una, in aliis duabus syllabis vincat.

Et pares quidem habet in nominibus in e desinentibus correptam, ut 'hoc marē huius maris', 'hoc monilē huius monilis', et in quibusdam in 'er' vel in 'es' productam vel in 'is' tam correptam quam productam exeuntibus, ut 'hic pater huius patris', 'hic verrēs huius verris', 'haec caedēs huius caedis', 'hic collis huius collis', 'haec avīs huius avis', 'haec vīs huius vis'.

In aliis autem omnibus eiusdem declinationis nominibus una syllaba superat nominativum genitivus, ut 'schema schematis', 'Cicero Ciceronis', 'consul consulis', 'pecten pectinis', 'baccar baccaris', 'lis litis', 'apex apicis'. excipitur 'haec caro huius carnis', in quo pares habent syllabas genitivus et nominativus (inveniuntur tamen veteres, qui genetivo similem

1 unum *post unx om. D* unum commune *GL* haec et hoc coniunx *Rr*
 coniunx coniugis *G* coniunx coniugis *K* 3 In hac *Rr* unum nomen neutrum
GK haec lac *H* huius *om. L* 4 In haec *Rr* allec huius .cis *K* 5 ut
 ut hoc caput *H* 6 SINGVLARI] casu singulari *Dr* casu nuō singū *G* tertiae *D* 7 haec
Rr tertiae declinationis nominativi *L* "declinationis" tertiae genitivus *H* (i. e. enim)
 eius dissinit in is *K* 8 autem *om. GL* in his *Rr* 9 producunt (i) *L* 11 scire
 (r) *L* pares quidem *Rr* pares habeat in *litura h* habet * (&) *Dd* habet *L*
 12 declinationis *om. DGLK* 13 vincit *L* 14 nominibus] n^oū *L* nomina-
 tivo *K* 15 munile *GLKr* munilis *Gr* .lis *LK* 16 er et es *G* productam
 et in *L* uel is *K* tam correptam quam productam *om. GLK* tam is correptam
 tam productam in *mg. k* 17 haec caedis *Dd* 20 eius dēclinationis *H* eius decli-
 nationis *h* ,syllaba *spscr. L* 21 ut] hoc *L* scema *GK* scema .tis *L*
 scematis *K* 22 pectinis] r pectenis *RK* bacchar baccharis *H* bacar .ris *L*
 23 apicis *G* excipiuntur *L* excipiuntur *K* caro carnis *H* sy. labas geni-
 tivus nominativum *Rr* 24 nominativus et genitivus *L* et in genitivus et nominati-
 vus *corr. K* • genitivo *K* genitivum similem nominativo *H*

p. 764. 55 P.

p. 321. 22 K.

nominativum | protulerunt), et 'senex senis' et 'supellex supellectilis', in quo duabus syllabis vincit genetivus nominativum. (huius quoque nominativum quidam similem genetivo protulerunt.) et omnia, quae a capite composita in 'ps' desinunt, similiter habent duabus syllabis superantem genetivum, ut 'anceps ancipitis', 'biceps bicipitis', 'centiceps centicipitis', quae veteres in 'es' proferentes secundum regulam declinabant: 'ancipes ancipitis', 'bicipes bicipitis', sicut 'hospes hospitis', 'sospes sospitis'; iuniores vero gaudentes breviloquio per concisionem ea protulerunt, quod et in aliis dictionibus fecisse inveniuntur, ut 'dic', 'duc', 'fac', 'fer' pro 'dice', 'duce', 'face', 'fere', nec non etiam vocativos in 'ius' terminantium propriorum: 'Virgili', 'Terenti' pro 'Virgilie' et 'Terentie' dicentes, de quibus iam docuimus.

Paenultima vero eius declinationis in quibusdam producitur, in quibusdam corripitur. producitur quidem in iis, quorum nominativus in longam desinit seu natura sive positione, ut 'söl sölis', 'Titän Titänis', 'delphän delphänis', 'für füris', 'Maecenäs Maecenätis', 'mercēs mercēdis', 'Sannīs Sannītis', 'Crenīs', nomen proprium nymphae, 'Crenīdis', 'ös öris', 'mūs mūris', 'praēs praēdis', 'vās vāsis', 'laūs laūdis', 'infāns infāntis', 'Arrūns Arrūntis', 'Arīs Arīnis', 'inērs inērtis', 'vecōrs vecōrdis', 'pūls pūltis', 'allēc allēcis'. excipiuntur in 'on' desinentia Graeca et in ^o tam Latina quam notha, quod tam corripere quam producere licet ea in nominativo. haec enim vocalis [id est o] quamvis in nominativo producatur, in genetivo non semper producitur paenultima, sed in quibusdam,

